This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE


A
R
HONI SOIT QUI MAL Y PENSE
SEMPER EADEM

OFFICIUM Hominis,

Cùm Stylo, tùm Methodo Luculentiſſimâ expoſitum;

Opus *Cujuſvis*, at præcipuè *Indoctiſſimi Lectoris*, captui accomodatum; familiiſque inſtituendis perquam neceſſarium:

Quod cum in XVII *Capita dividatur*, Eorum uno quolibet Die Dominico lecto, ter quotannis perlegatur.

Acceſſerunt nonnullæ Precum formulæ, variis Populi Chriſtiani neceſſitatibus idoneæ.

Liber hic ex Lingua *Anglicana* in *Latinam*, eo præcipuè conſilio traductus eſt, quò *Juvenes* in Ludis Literariis verſantes, ſimul & moribus inſtituantur, & in lingua Latina proficiant.

LONDINI,

Pro *E. Pawlet*, ad Inſigne Sanctorum Bibliorum in Vico Chancery-Lane, prope Fleet-ſtreet, MDCCIV.

PM
4500
.A442

13-397953

BIBLIOPOLÆ.

DOMINE,

NON opus erat ut hæc mihi provincia, hortatu cujuſquam, aut authoritate commendaretur; ſua ſecum attulit incitamenta & præmia. *Tractatum* ipſum & *Orationes* annexas non invitus perlegi, & pro iis, tanquam pro maximo beneficio accepto, Deo gratias agendas eſſe cenſeo: nihil enim in his deſideratur, quò minùs ſanctitatis incremento inſerviant & legentibus, quod Scriptori unicè propoſitum eſt, ſubſidia Spiritualia, adſit modo benedictio divina, ſuppeditent. Tractatûs argumentum id reverà eſt; quod præ ſe fert Titulus, *Hominis Officium* in ſuas partes diſtributum: Hunc Author ea brevitate abſolvit & in Capita tam aptè diſtinctéque partitus eſt; quod non dubito quin legentium animos facilè allecturus, capturus, penitúſque poſſeſſurus *ſit: Huc* accedit, quod facilitate *quadam & perſpicuitate* infimæ

plebis captui, & argumentorum ſpiritualium pondere, acutiſſimorum profectui conſulendo, doctorum pariter ac indoctorum, imo cunctorum plane quotquot præſentis aut futuræ ſuæ fœlicitatis ſincero deſiderio tenentur rationem habuiſſe videtur. Nec Tractatui cedit *Appendix Devotionalis*, utpote quæ cujuſq; infirmitatibus aptiſſimè ſubveniat, nihilq; ferme prætereat quod cuivis Chriſtiano uſui ſit futurum. *Præfationis* quam videris à me expetere, locum occupavit *Introductio*, nec quid mihi reliquit agendum, præter hoc unum Deum ſuppliciter orare, " Ut Authorem tam liberale mu-
" nus in Theſaurarium clam ſedulo im-
" mittentem palam remunerari dignetur:
" Hoc eſt ut opere tam piè & tempeſtivè
" collocato, nec enim hujuſmodi ſubſidiis
" religioni labaſcenti plus unquam opus
" erat, propitius adſit,& lætos paſſim ſuc-
" ceſſus tribuat. Deniq; ut Deus ſemen ſa-
" tum gratiâ ſuâ,quæ omnia poteſt fovere,
" & irrigare, meſſemque uberrimam con-
" cedere dignetur: humilimè precatur

Amicus veſter fidelis,

H. Hammond.

INTRODUCTIO
AD
TRACTATUM
Sequentem, Oſtendens
Neceſſitatem Animam Curandi.

Sect. 1. TRactatûs *hujus ſcopus is unicus eſt, ut compendioſè doceat etiam indoctiſſimum Lectorem, quemadmodum ita ſe gerat in hoc mundo, ut æternam in futuro fœlicitatem conſequatur. Quum autem fruſtrà eſſet homines officii ſui admonere, niſi priùs id præſtandi neceſſitatem evìceris, ideò priuſquàm ad* Particularia *cujuſvis Chriſtiani officia progrediar, conabor officii cujuſdam generalis, quódque ad reliqua viam ſternit, quoque ſpreto, reliqua omnia ſpernantur neceſſe eſt, nempe* ANIMAM *ſtudioſè & diligenter* CURANDI *neceſſitatem oſtendere.*

2. HOMO *duabus partibus conſtat,* CORPORE & ANIMA: *quorum* hæc *ad* illud *comparata, corticis aut ſiliquæ ad inſtar ſe habet, nec aliud eſt, quam maſſa carnis, variis morbis & doloribus, & tandem morti ipſi obnoxia: mortuum, (tantùm abeſt, ut pretio habeatur,)*

 fœte-

fœtorum non ferentes, in terra quâ putreſcat, defodimus. Hoc tamen, viliorem noſtri partem, diligenter curamus; huc labor omnis & cura tendit, ut hoc alamus & foveamus; pretioſori interim parte, animâ, quaſi parum ad nos attinente, poſt habita penitúſque neglectâ.

3. *Hic* Animæ neglectus *peccati omnis initium eſt; quiſquis itaque vitam ſtatuit Chriſtianam agere, hunc primò radicitus evellat; Ad quod, profundâ ſcientiâ aut eximiis naturæ dotibus opus non eſt; inſipientiſſimus quiſque niſi prorſus* Idiota, *ſatis ad hoc inſtructus eſt, ſi eandem hac in re, quam in negotiis ſæcularibus ſolet, prudentiam adhibere velit: quæ igitur hominum in rebus mundanis diligentiam exſuſcitare ſolent, exponam, & deinde ad animæ curam transferam.*

4. QUATUOR *vulgò ſunt quæ* Curam *noſtram exitant: Primò, rei* Pretium: *Secundò,* Utilitas, *cùm eâ carere non poſſumus ſine magno noſtri damno & incommodo: Tertiò,* Periculum *cui obnoxia eſt: Quartò,* Spes *de curâ noſtrâ ſucceſſu concepta, tanquam ſalutem & incolumitatem rei curatæ allatura.*

Rei pretium.

5. *Primò, cura noſtra Rei* pretio *reſpondet: Pretioſiora quæque vigilantiſſimè tuemur, nè amittamus ſolliciti: Nemo fimum aut ſtercus, ſed nummum, aut quicquid pretioſiſſimum habet, ciſtâ includit obſerátque. Anima itaque plus curæ quam reliqua omnia quæ in mundo ſunt, meretur; utpote quæ pluris infinitè valet: Primò,*

ia ad Divinam imaginem *condita eſt:* *nim* ſufflavit in nares ipſius halitum vi- n. 2. 7. *Cùm autem Deus reliqua om- nitate & præſtantia antecedat, quò pro- iquid ad Eum accedit, eò magis æſti- m eſt; ideóque quoniam nulla eſt in terris a quæ Deum ulla ex parte referat præ- imam humanam, huic plus curæ quàm re- omnibus impendere debemus.* Secundo, *non moritur. Res ex duratione æſtima- nus: quo quid diuturnius eſt, eò ma- tii. Anima autem in æternum permane- vitiis, Formâ, Robore, imò corporibus anefcentibus; manet ſuperſtes anima, inde majoris pretii eſſet oportet: quanta lementia eſt hæc animarum contemptio; non dicam dies aut menſes, ſed Annos iis quæ citò aufugiunt congerendis, ab- animaſque interim noſtras (ſtabilem & pretioſum Theſaurum) Diaboli de- onibus & latrociniis exponere.*

Animam perdere quanta miſeria.

Secundò, Sollicitos red- i alicujus UTILI- *ſeu Damnum quod perditam conſequitur. atio Communis dictat in ʼitæ hujus; defluentes crines cernimus, movemur tamen, utpote quibus facile : at ſi periclitantur oculi noſtri aut membra, omnibus tantum malum viri- citi amolimur; at omnem longè calami- perat eaquæ ex perditione animæ oritur.*

Verum

Verum eſt, Animas noſtras uno ſenſu perdi non p
ſe, hoc eſt non poſſumus ita perdere ut eſſe deſina
poſſunt autem alio ſenſu perdi, ita ut priori ſe
perditas malimus, hoc eſt fœlici rerum ſtatu,
quem condita ſunt, excluſæ in extremam miſe
am demergantur : verbo dicam, in infernum, *u*
non datur reditus, detruſæ pereunt in æternu
quod ut effugiamus, non parem intereſt corp
rum *noſtrorum, quæ deliciæ noſtræ ſunt, &*
quibus curandis toti occupamur : intereſt h
enim poſt mortem excitata, & animabus *den*
conjuncta, idem quod animas *fatum manet.*
nos igitur neglectâ penitus anima, *corporis ta*
tum cura ſolicitet, certa pernicies animam, n
minus certa corpus maneat neceſſe eſt : ſi igit
corpus *revera diligas, hoc animæ optimè co*
ſulendo oſtendas : Tecum cogita an poſſis æte
na *pati incendia? Si enim minima ignis ſci*
tillula in partem aliquam corporis incidente, d
lorem ferre non poſſumus; quantò minùs to
corpore in ignes æternos conjecto, æternos i
quam non horas aliquot aut dies duraturos : h
enim propior adeſt miſeriarum exitus p
multa annorum millia *in cruciatibus infern*
abſumpta, quàm primo quo cœperunt die : H
inquam cogita, ut & has te pœnas eò qu
animam *neglexeras certo daturum eſſe, e*
proinde commiſeratione ſaltem corporis miſer
arum partem luituri ductus, aliquam anim
curam impende.

7. Terti

vel ab inimicis externis, vel ab interno
malo. Primò, Foras ab inimicis, quo-
ovibus à lupis voracibus, quod eo magis
is vigilantiam excitat: hoc idem animæ
rit; quotidiana ei & ingentia intentant
a Inimici ſui, Mundus, Caro & Dia-
cum his igitur veluti cum juratis anima-
oſtibus perpetuum fore nobis bellum ſolen-
cramento obſtricti pollicemur, animarum
tum primum conſulentes: quiſquis itaque
as cum eorum aliquo paciſcitur, nec animæ
nec Voto, *perjurii crimen, quod quidem*
& diligenter expendi meretur, incurrit.
utem meliùs, quæ animæ pericula immi-
intelligamus; conſideremus aliquamdiu,
ſunt quibuſcum contendit inimici.
Plurima ſunt quæ hoſtem reddunt formi-

Morbo. *Hæc corporum noſtrorum ſæpe conditio eſt; non tantùm* Vi *externæ obnoxia ſunt, ſed* morbis *etiam intus naſcentibus ſæpius laborant, quo caſu opus non eſt ut quis periculi nos ſatis jam ſollicitos admoneat, aut ad medelam quærendam incitet: hic etiam* Animæ *ſtatus eſt: Eas nos corporis partes* morbo *tentari cenſemus, quæ ſuo rectè officia non funguntur; vitiatum palatum qui cibos rectè non ſapit; ægrum ſtomachum qui non concoquit: quod idem de Animæ cenſendum, quoties ſuo non funguntur munere* facultates ejus.

11. *Tres ſunt præcipuè partes animæ*, Intellectus, Voluntas *&* Affectus: *quæ quidem vitiari & corrumpi apertum eſt. Se quiſque interroget, quantulum eſt quod rerum ſpiritualium intelligat, & ſtatim deprehendet intellectum calligare, quantò ad malum velle quam bonum proclivior ſit; & cenſeat incurvare & corrumpi ſuam voluntatem? quantò cupidinis æſtu ad voluptates peccati rapiatur, quam languido autem & frigido affectu Deum & virtutem proſequatur ut facile agnoſcet vitiari affectus ſuos, & rationes ſuæ imperium prorſus excuſſiſſe? ut autem in* morbis Corporeis *primus eſt ad ſanitatem gradus, ſcire morbi cauſam; ita hîc etiam opus eſt ut ſciamus, qua ratione Anima in hunc* ſtatum morboſum *incidit; quod paucis jam exponam.*

Primum fœdus.

12. DEUS *primum hominem* Adamum peccati *expertem creavit, animaque ſua* officii *ſui* ple-

nam

ntanaum eſſe ipſa Dalila *cenſuit. Nec*
t CHRISTUS, *quin* ſi paterfami-
et quâ vigiliâ fur venturus ſit, vigila-
c ſineret perfodi Domum ſuam, Mat.
Nos in medio furum degimus, & eo-
inde inſidias quâvis horâ metuere dece-
c tamem eâdem curâ pretioſam noſtrî
inimam, *quâ* domum *noſtram aut rem*
am cuſtodimus? metuo nè animæ noſtra
obis exprobrare poſſint, quod Chriſtus
iſcipulis ſuis, Mat. 26. 40. Itane? non
is unam horam vigilare mecum? *Sunt*
ereor plurimi, qui interrogati, quando
unam illis impenderint, quanquam ini-
infeſtiſſimis obſeſſis, hærebunt ancipites
ſpondeant. Quænam igitur miſerarum ani-
conditio eſſe poteſt, ad quas perdendas om-

Morbo. *Hæc corporum noſtrorum ſæpe ca*
tio eſt; *non tantùm* Vi *externa obnoxia ſ*
ſed morbis *etiam intus naſcentibus ſæpius*
hærent, *quo caſu opus non eſt ut quis per*
nos ſatis jam ſollicitos admoneat, *aut ad*
dicelam quærendam incitet: *hic etiam* Ani
ſtatus eſt: *Eas nos corporis partes* morbo
tari cenſemus, *quæ ſuo rectè officia non fung*
tur; *vitiatum palatum qui cibos rectè non ſa*
ægrum ſtomachum qui non concoquit: *quod i*
de Anima cenſendum, *quoties ſuo non fung*
tur munere facultates ejus.

11. *Tres ſunt præcipuè partes animæ*, In
lectus, Voluntas & Affectus: *quæ qui*
vitiari & corrumpi apertum eſt. *Se quiſ*
interroget, *quantulum eſt quod rerum ſpiriti*
lium intelligat, & *ſtatim deprehendet int*
lectum calligare, *quantò ad malum velle qu*
bonum proclivior ſit; & *cenſeat incurvare*
corrumpi ſuam voluntatem? *quantò cupid*
æſtu ad voluptates peccati rapiatur, *quam l*
guido autem & frigido affectu Deum & v
tutem proſequatur ut facile agnoſcet vitiari
fectus ſuos, & *rationes ſua imperium pro*
excuſſiſſe? *ut autem in* morbis Corporeis *p*
mus eſt ad ſanitatem gradus, *ſcire morbi ca*
ſam; *ità hîc etiam opus eſt ut ſciamus*, *qua*
tione Anima in hunc ſtatum morboſum *incid*
quod paucis jam exponam.

Primum fœdus.

12. DEUS *primum homin*
Adamum peccati *expertem cr*
vit, *animæque ſuæ* officii *ſui* p

Ill

17. Secundum *hoc* FOEDUS *cum* Adamo *& in eo nobiſcum ſtatim poſt Lapſum factum eſt, & verbis iſtis*, Gen. 3. 15. Semen mulieris conteret Serpenti caput, *breviter comprehenditur: hoc quoque partim ex* Beneficiis *á Deo conferendis, partim ex* Officiis *à nobis praeſtandis conſtabat.* Secundum Fædus.

18. *Deus Filium ſuum*, Deum *ſibi* æqualem *mittere, ad nos pollicitus eſt*, ut homo factus ſimilis nobis per omnia, abſque tamen peccato, *pro nobis hæc quæ ſequuntur ageret.*

19. Primo, Totam Patris *ſui* Voluntatem *nobis patefaceret; cui ſi pareamus, Deo accepti, præmio donabimur: Hoc Chriſtus, non minimam officii ſui partem in* Sermonibus *iſtis &* Præceptis *quæ in Evangelio occurrunt, præſtitit. Undè* PROPHETA *noſter audit, cùm olim* Prophetæ *munus eſſet non tantum futura* prædicere, *ſed &* docere *& exponere Divinam Voluntatem: Noſtrum itaque hîc officium poſtulat, ut ei auſcultantes, avidè Divinam quam ut nobis enarraret cœlitus miſſus eſt, diſcamus voluntatem.*

20. Secundo, *eum oportuit peccata noſtra* expiare, *non tantùm unum illud* Adami, *ſed totius* Generis humani *peccata, ſi verè reſipiſcant vitamque emendent, atque ita nobis Remiſſionem peccatorum promereri, Gratiam Dei conciliare, noſque ab æterna perditione peccatis noſtris debita redimere: Hæc omnia morte ſuâ effecit, ſeipſum victimam immolans pro peccatis*

omnium qui verâ pœnitentiâ ducti iis in poſterum renuntiarent; *hinc* SACERDOS *noſter eſt*. Sacerdotis *enim munus erat* Sacrificia pro peccatis populi offerre. *Ex parte noſtra*, *noſtri eſt de peccatis noſtris verè & ex animo* Conteri, *atque in poſterum deſerere*, *cum alia lege morte Chriſti nihil impœnitentibus conferente remitti nequeunt*. Secundo, *hoc præſtito*, *firma fide* Credere *nos* Sacrificii ſui *ampliſſimum fructum percepturos eſſe*: *nempe peccata nobis omnia*, *quotcunq*; *& quantacunque ſint*, *remiſſum iri*, *noſque ab æternis ſuppliciis peccatis noſtris debitis liberandos eſſe*. Muneris Sacerdotalis *officium alterum erat* populo Benedicere, *& pro eo* Intercedere. *Hoc quoque in mandatis habuit à patre ſuo Chriſtus*, Acts 3. 26. Deus filium ſuum Jeſum miſit qui benediceret vobis: *in quo benedictio iſta conſiſtebat*, *verba ſequentia oſtendunt*, *ſcil.* avertendo unumquemque à pravitatibus ſuis: *& proinde quæ adhibuit media ad nos à peccatis avertendos*, *inter maxima ſua Beneficia numeranda ſunt*. *Quod ad* Interceſſionem *ſuam attinet*, *hoc non tantùm in terris agens præſtitit*, *ſed etiam in Cœlis pergit præſtare*, Sedet enim ad dextram Dei & interpellat pro nobis, Rom. 8. 34. *Ex parte noſtra*, *noſtrî eſt ineffabili huic Benedictioni non reſiſtere*, *ſed ſic Benedici velle*, *à peccatis nimirum converti*, *nec irritas reddere* Preces & Interpellationem *ſuam pro nobis*, *quæ quidem nobis in peccato perſiſtentibus fructu careant neceſſe eſt*.

21. Ter-

21. Tertio, *Chriſtum oportuit nobis vires ſuppeditare, quibus quod Deus à nobis exigit peragere poſſimus: quod præſtat* primò *legis* Adamo *latæ, qua ab omni peccato immunem eſſe juſſit ſub pœna damnationis, rigorem mitigando,* alacri *tantùm* ſinceroque conamine *voluntatem Divinam præſtandi injuncto, & acceptâ delinquentium* ſincerâ pœnitentiâ. Secundò, *immittendo in* corda *noſtra* Spiritum *ſuum* Sanctum *qui nos regat ac gubernet, qui vires ad Tentationes ſuperandas, ut & ea omnia exequenda quæ à nobis Deus ſub Evangelio exigit, ſuppeditet. Unde etiam* REX *noſter eſt, cum hoc* Regis *proprium ſit Regere & Gubernare, & Inimicos ſubigere. Noſtri ergo officii eſt, obedientes nos illi ſubditos præſtare; ab illo regi & gubernari; Legibus ſuis parere, Rebellium partes non ſequi,* i. e. *peccatum aliquod non fovere, ſed Gratiam ſuam ſedulò implorare quà tentationes ſubigamus; & impetratam in hunc uſum diligenter adhibere.*

22. *Ultimò, Chriſtus omnibus illi fideliter obſequentibus,* æternam glorioſam *hæreditatem,* Regnum Cœlorum, *quod prior adiit, nobis aditum apperturus, obtinuit. Noſtri igitur officii eſt, ſedulò cavere nè in peccato aliquo perſiſtentes, cæleſti illa hæreditate excidamus. Neve* ſecundò *animos noſtros terrenis hiſce rebus affigi patiamur, ſed eos juxta præceptum Apoſtoli,* Col. 3. 2. Superna curate non terreſtria, ſurſum erigentes, beatæ iſtius hæreditatis, *præ quâ ſordent & vileſcunt omnia*

omnium qui verâ pœnitentiâ ducti iis in poſterum renuntiarent; *hinc* SACERDOS *noſter eſt.* Sacerdotis *enim munus erat* Sacrificia pro peccatis populi offerre. *Ex parte noſtra, noſtri eſt de peccatis noſtris verè & ex animo* Conteri, *atque in poſterum deſerere, cum alia lege morte Chriſti nihil impœnitentibus conferente remitti nequeunt.* Secundo, *hoc præſtito, firma fide* Credere *nos* Sacrificii ſui *ampliſſimum fructum percepturos eſſe*: *nempe peccata nobis omnia, quotcunq; & quantacunque ſint, remiſſum iri, noſque ab æternis ſuppliciis peccatis noſtris debitis liberandos eſſe.* Muneris Sacerdotalis *officium alterum erat* populo Benedicere, *& pro eo* Intercedere. *Hoc quoque in mandatis habuit à patre ſuo Chriſtus*, Acts 3. 26. Deus filium ſuum Jeſum miſit qui benediceret vobis: *in quo benedictio iſta conſiſtebat, verba ſequentia oſtendunt, ſcil.* avertendo unumquemque à pravitatibus ſuis: *& proinde quæ adhibuit media ad nos à peccatis avertendos, inter maxima ſua Beneficia numeranda ſunt. Quod ad* Interceſſionem *ſuam attinet, hoc non tantùm in terris agens præſtitit, ſed etiam in Cœlis pergit præſtare,* Sedet enim ad dextram Dei & interpellat pro nobis, Rom. 8. 34. *Ex parte noſtra, noſtrî eſt ineffabili huic Benedictioni non reſiſtere, ſed ſic Benedici velle, à peccatis nimirum converti, nec irrita reddere* Preces & Interpellationem *ſuam pro nobis, quæ quidem nobis in peccato perſiſtentibus fructu careant neceſſe eſt.*

21. Te-

o, alacri animo sinceroque conamine vo-
:tem *Divinam præſtandi injuncto, & ac-*
: *delinquentium* ſincerâ pœnitentiâ. Se-
lò, *immittendo in* corda *noſtra* Spiritum
ı Sanctum *qui nos regat ac gubernet, qui*
· *ad Tentationes ſuperandas, ut & ea om-*
xequenda quæ à nobis Deus ſub Evangelio
t, ſuppeditet. Unde etiam REX *noſter*
um hoc Regis *proprium ſit Regere & Gu-*
re, & Inimicos ſubigere. Noſtri ergo
eſt, obedientes nos illi ſubditos præſtare;
o regi & gubernari; Legibus ſuis parere,
lium partes non ſequi, i. e. *peccatum ali-*
non fovere, ſed Gratiam ſuam ſedulò im-
re quà tentationes ſubigamus; & impetrà-
in hunc uſum diligenter adhibere.
:. *Ultimò, Chriſtus omnibus illi fideliter*
uentibus, æternam glorioſam *hæredita-*
Regnum Cœlorum, *quod prior adiit,*

quàm Deo Conditori, pudeat igitur, ſaltem propter Numinis reverentiam, viles habere quas ille tanti æſtimat; præcipuè cùm eo jam in ſtatu ſint, ut nequeunt niſi negligentiâ noſtrâ perire.

27. *Sic paucis (quod mihi propoſitum erat) expoſui* Quatuor *iſta* Diligentiæ incitamenta, *quibus nunquam non commovemur, quoties de rebus hujus mundi agitur; oſtendi etiam non tantùm Rationem ſed & Neceſſitatem poſtulare, ut nos hæc vehementius moveant cùm de* Anima *agitur. Quid amplius addam? concludam cum verbis Prophetæ,* Iſa. 46. 8. Recordamini hujus, & præbete vos viros, i. e. *Eandem Animæ curam impendite, quam rebus cæteris omnibus alicujus momenti impendere Ratio jubet: quod quidem* Communis Juſtitia *poſtulat;* Anima *enim* Rationem *iſtam vobis ſubminiſtrat, qua res hujus mundi curatis, ut igitur ipſa nullum* Rationis *hujus fructum percipiat iniquiſſimum eſt; perinde ac ſi* Pater familias *qui cuncta famulis ſubminiſtrat, cibo ab illis depulſus, unicus foret in familia ſua, qui fame conficeretur.*

28. *Nec tantùm hoc Juſtitia, ſed & Miſericordia poſtulat: Anima enim, ut patet, in æternas, eaſque ineffabiles miſerias, neglecta incidet. At tunc temporis ſerio nimis fruſtraque hæc omnia animo recoletis & volvetis: ultimum miſeris perfugium Divina miſericordia eſt, qua vos equidem contemptu ejus & abuſu indignos reddidiſtis. Quâ autem fronte in extremis an-*

guſtiis Miſericordiam à Deo implorare audebitis, quam vos ipſi animabus veſtris denegâſtis? quas nec communi Charitate complexi eſtis; nec enim rationem ullam earum habuiſtis, nec vel ſupervacuas illis horas, quarumque vix tædia fallere potuiſtis, impendere dignati eſtis.

29. *Hæc animo attentè & ſeriò ponderate, & ſiquam à* Deo commiſerationem *in ſummis anguſtiis poſiti ſperatis, veſtri ipſorum dum tempus ſinit,* commiſeremini, pretioſis *veſtris* Animabus *eâ quâ decet curâ conſulentes.*

30. *Si his argumentis* Officii *hujus* neceſſitatem *vobis perſuaſi, reſtat dicendum in quibus hæc* Cura *verſari debet: nimirum in iis omnibus agendis, quæ Animæ fœlicitati promovendæ inſerviunt, (qui unicus eſt Curæ noſtræ finis) quænam hæc ſunt, accedo ut oſtendam.*

ARGUMENTA CAPITUM.

Dies Dominicus I.

DE *Hominis Officio, ex Lumine Naturæ,* Pag. 1. *& Sacrarum Literarum,* p. 2. *Officii humani Diviſio,* p. 3. *Officium erga Deum,* Ib. §. *Primò illum pro Deo habere, quid hoc ſit,* p. 3, 4. *Fides,* p. 4. *Affirmationibus,* p. 5. *Præceptis, Interminationibus, Promiſſis adhibita,* p. 5, 6, 7. *Spes,* p. 9. *Amor,* p. 10. *in Dei præſtantia, & Benevolentiâ fundatus,* p. 11. *Benevolentia ejus quoad Animas, & Corpora.* p. 11, 12. *Amoris indicia, placendi ſtudium,* p. 13. *Fruendi deſiderium,* p. 14, 15, 16. *Timor,* p. 17. *Homines præ Deo metuendi inſania,* p. 17, 18. *Fiducia,* p. 20. *in periculis.* p. 20, 21, 22. *in egeſtatibus,* p. 23.

Dies Dominicus II.

De Humilitate, p. 27. *Submiſſio præceptis Dei,* ib. *caſtigationibus, patientia in Adverſis,* p. 29. *ſubmiſſio Sapientiæ Divinæ,* p. 32. *Honoris habiti Deo varii modi,* p. 33, 34. *Templo ſuo,* p. 34.

Reditui

Reditui ſuo, p. 35. *ſcelus ſacrilegii*, p. 36. *Diei ſuo*, p. 37. *Feſtis Eccleſiæ*, p. 38. *& Jejunalibus*, p. 39. *Verbo Dei*, p. 40. *de Catecheſi*, p. 41. *de Concionando*, p. 43, 44. *Sacramentis*, p. 45. *de Baptiſmo*, *uſque ad* p. 52.

Dies Dominicus III.

De Cœna Domini, p. 52. *de Examinatione prævia*, ib. *in qua ducis ſpiritualis uſus*, 63, 64. *Inter Communicandum quid agendum*, 63, 64, 65, 66. *& poſtea uſque ad* 75.

Dies Dominicus IV.

Honos Nomini Divino, p. 75. *Blaſphemia*, ib. *Juramentum Aſſertorium & Promiſſorium*, 76. *Illicitum*, ib. *Perjurium & de Juramentis levibus*, &c. ad finem.

Dies Dominicus V.

De Adoratione, p. 84. *Oratione*, ib. *cujus partes Confeſſio*, *Petitio*, 84, 85. *Deprecatio*, 86. *Interceſſio*, 87. *Gratiarum Actio*, 88. *de Publicis precibus*, 89. *Privatis*, 90. *Orationis conditiones requiſitæ*, 91, 92, 93, 94. *de Corporis geſtu in Adoratione*, 98. *de Pœnitentia*, 98, 99. *de Jejunio*, 103. §. *Secundo alium Deum non adſciſcere*, *de Idololatria externa & interna*, 105, 106.

Dies Dominicus VI.

De Officiis erga noſmetipſos, p. 106. *de Humilitate*, 107. *de ſuperbiæ reatu*, ib. *periculo*, 108. *ſupplicio*, 109. *inſania*, 110, &c. *de inanis Gloriæ reatu*, 114. *periculo*, ib. *ſtultitiâ*, 115. *remediis*, 116. *de Manſuetudine*, 118. *ejus obtinendæ mediis*, 120. *de Conſideratione*, 121. *ſtatus noſtri & actionum*, 121, 122.

Dies Dominicus VII.

De Ἀυταρκεία, *ejuſque oppoſitis*, p. 124. *Obmurmuratione*, *Ambitione*, *Avaritia*, 125, 126. *ejuſque atrocitate*, 127. *Invidia*, 128. Ἀυταρκείας *obtinendæ mediis*, 128, 129. *de Diligentia*, 129. *quæ vel in vigilantia*, ib. *vel induſtria in augendis Gratiæ & Naturæ donis*, *uſque ad* 133. *de Caſtitate*, ib. *ejus aſſequenda mediis*, 136. *de Temperantia in edendo*, 137, 138, 139.

Dies Dominicus VIII.

De Temperantia in bibendo, p. 140. *de falſis bibendi finibus*, *ſocietatis gratiâ*, *benevolentiæ conciliatione & conſervatione*, &c. *uſque ad* 148. *dehortatio ab ebrietate*, *& dilutio objectionum*, 151, &c.

Dies Dominicus IX.

De Temperantia in ſomno, 157. *de Recreationibus*, 159. *de Veſtitu*, 161. *ejuſque & virtute & vitio, de nimia Parſimonia quoad officia priora*, 162, 163.

Dies Dominicus X.

De Officiis erga vicinos noſtros, p. 165. *in Juſtitiam Negativam & Poſitivam diviſis*, 165, 166. *De Juſtitia Negativa erga animam vicini*, 167. *uſque ad* 172. *erga Corpus*, 172. *de Homicidio, ejus variis modis*, 173. *ſuppliciis*, 174. *indiciis factis*, 175. *de Mutilatione*, 177. *de vulneribus & plagis*, 179.

Dies Dominicus XI.

De Juſtitia quoad poſſeſſiones vicini, p. 181. *de Adulterio*, 182. *uſque* 185. *de juſtitia circa bona vicini*, 185. *de Malitia*, ib. *de Avaritia*, 186. *de Oppreſſione*, 187. *de Furto quod vel in debitis non ſolvendis*, 188. *Debitorum varia genera*, 189, 190.

Dies Dominicus XII.

De ſurripiendis bonis vicini, p. 191. *de Fraude in re fidei commiſſa*, 193. *in Commercio*, 194.

in

in Venditore, ib. &c. *in Emptore*, 196. *Fraudis remedia*, 197, &c. *de Reſtitutione*, 200.

Dies Dominicus XIII.

De Falſis rumoribus ad Famam Vicini ſpectantibus, p. 201. *Falſo Teſtimonio*, 202. *publicè*, 203. *de ſuſurro*, ib. *de Irriſione & contemptu*, 205. *hæc omnia Juſtitiæ Negativa officia etiam ad cogitationes reſpiciunt*, 209. *de Juſtitia Poſitiva & primò de veritate*, 210. *ejuſque oppoſito Mendacio*, 211. *de Comitate, Manſuetudine*. 212, 213. *de altercatione & exſecratione*, 214, 215. *de Invidia, Detractione*, 216. *honore habendo donis extraordinariis ut & dignitate cæteris præeminentibus*, 218, *de Debitis egenis & pauperibus*, 219. *de Officiis ex relationibus quibuſdam naſcentibus*, 221. *de Gratitudine erga benefactores*, 222.

Dies Dominicus XIV.

De officio debito Magiſtratibus, Parentibus, p. 224. *debetur Supremo Magiſtratui honos, tributum*, ib. *Preces, Obedientia*, 225. *de officio noſtro erga Paſtores*, 227. *eis debetur Amor, Honos*, 227, 228. *Victus, Obedientia*, 229. *Preces*, 239. *de officiis Parentibus Naturalibus debitis, Reverentiâ, Amore*, &c. *à* 231. *uſque ad* 237. *de officio Parentum erga Liberos*, 237. *uſque ad* 246.

Dies

Dies Dominicus XV.

De officiis Fratrum, p. 246. *Spiritualium*, 24 248, 249. *Uxoris officio, obedientiâ*, 250, 25 *fide*, 251. *Amore*, 252. *à quibus Mariti crim na uxorem non abſolvunt*, 252. *de viri officii Amore, Fide, Alimento*, 253. *Inſtitutione*, 25. *de mutuo auxilio & oratione Conjugum pro invicem*, 255. *quid in Nuptiis contrahendis pra cipuè ſpectandum*, 255. *de Nuptiis illicitis*, 25 *de officiis Amicorum, Fide, Auxilio, Admoni tione*, &c. *à* 257, *ad* 260. *de Servorum officii Obedientia, Fidelitate, Patientia*, &c. *à* 260, *a* 262. *de Dominorum officiis, ad* 265.

Dies Dominicus XVI.

Alii Officiorum Fontes erga vicinum, p. 265 *de Charitate Affectuum erga Animas*, 266. *Cor pus, bona & exiſtimationem vicini*, 266. *de Cha ritatis hujus effectis, veluti Pacis ſtudio*, 267 *extinctione invidiæ*, 268. *ſuperbiæ*, &c. *à* 269 *ad* 272. *Motiva ad Charitatem hanc à* 272, *a* 283. *de Charitate Actionum erga Mentem Animam*, 283, 284. *Corpus vicini*, 286.

Dies Dominicus XVII.

De Charitate circa bona vicini, p. 288. *Divitis, Pauperis*, 289. *de Conditionibus ad Eleemoſyna.*

moſynas bene præſtandas requiſitis, à 290, ad 297. Charitatis officia circa exiſtimationem vicini, 299. de Pace inter litigantes conciliandâ, 302. de Charitate erga Inimicos noſtros, 305. Officia Chriſtiana & poſſibilia & jucunda, 307. etiam cùm perſecutionibus exponat, 308. Periculum procraſtinandi Converſionem noſtram ad Deum, 309.

INDEX ORATIONUM

huic Operi nexarum.

Orationes Matutinæ, Pag. 315
Nocturnæ, 322
Collecta pro variis Gratiis, 327
Paraphraſis in Orationem Dominicam, 340
Ejaculationes è Libro Pſalmorum *depromptæ,* 343
Examinationis capita ante participationem Sacræ Cœnæ, 346
Preces præcedentes Sacramentum, 362
Ejaculationes inter Communicandum uſurpandæ, 366
Preces quæ ſequi poſſint Communicationem, 368
Oratio graſſante publica perſecutione, 373
Oratio in Adverſis, 374
Preces ab Infirmis uſurpandæ, 378
Preces graſſante publica calamitate, 389
Oratio pro hac Eccleſia, 392
Oratio pro Pace Eccleſiæ, 394
Oratio pro Regina Majeſtate, 399

Dies

Dies Dominicus I.

De Officio Hominis ex Lumine Naturæ, ex Lumine Scripturæ: Hominis Officia ad tria genera revocantur, aut enim ad Deum, noſmetipſos, aut proximos noſtros referuntur: Officium noſtrum erga Deum; de Fide, Promiſſis, Spe, Amore, Timore, Fiduciâ.

1. EA nobis bona Chriſtus acquiſivit quæ animam proculdubio reddent felicem, cùm his vel Æterna felicitas accenſenda ſit: Quoniam autem hæc nos jure vendicare non poſſumus niſi adimpletâ priùs Conditione nobis propoſitâ; ideo quicunque animæ ſuæ felicitatem exoptat, Conditioni adimplendæ ſe accingat oportet: quænam hæc ſit ſuprà in genere innui, *i. e. Alacre ſincerumq; conamen toti voluntati Divinæ obtemperandi.* Cùm autem hæc Divina voluntas plurima in ſe complectatur, hæc quænam ſint etiam ſciamus neceſſe eſt, hoc eſt, quænam ea omnia ſunt quæ à nobis jam exigit Deus, quorumque obſervationem æterna felicitas, omiſſionem æterna miſeria conſequetur.

De Lumine Naturæ.

2. Horum aliqua ſunt animis noſtris adeo penitùs impreſſa, ut Naturâ innoteſcant: *i.e.* Officia ea eſſe noſtri vel tacentibus Scripturis agnôſſemus. Quod vel ex *Ethnicis* patet, qui nondum *cognito aut Veteri aut Novo* Teſtamento, genera-

lium tamen quorundam officiorum oblig
agnoſcunt, cujus generis ſunt Deum, Juſtic
rentes colere & ejuſmodi: & teſte *Paulo ad*
2. 15. *Conſcientia ſua his in rebus illos aut*
aut defendunt, *i. e.* an quæ oportuit
anon, pronuntiant.

3. Jam quanquam Chriſtus clariorem
Lucem impertiret, minimè tamen hoc vo
Lux illa Naturalis quam in animis noſtris I
cenderant, ſupernaturalis hujus ortu ex aliqu
extingueretur: Juvat igitur vos obiter mo
quid minori huic Lumini repugnans admitt
eſt, ne quid eorum audeatis quæ vel natural
ſcientia peccata pronuntiet.

4. Meritò cuivis verè Chriſtiano *horrore*
teret cogitanti, quot hodie Religioni addict
profeſſi, vitam iis ducant in flagitiis à qui
Ethnicus abhorreat; quique dum fratribus
ctiores magiſque illuminati velint haberi, a
juſtitia aliena perpetrant, idque licere, Chr
ſuæ libertatis prærogativis adnumerari veln
rum inſidias fugere omnes monendi ſunt, qu
ſalus ſua cordia eſt; ideoque fundamenti loc
tur *Religionem ſeu Opinionem quæ ſcelus aliq*
minibus indulget, non poſſe à Deo ortum ducer

5. At extinguenda licet non ſit lux hæc
noſtris à Deo infuſa, non tamen hâc ſolun
duce innoteſcit Divina voluntas, nec igitur
rendum eſt, ſed ad ea dicenda progrediendu
Deus aliis modis mundo patefecit.

Lux Scripturarum.

6. Horum notitia è Scriptu
tenda eſt, ea omnia præcepta
plexis, quæ Deus nobis ta
officii noſtri normam præſcrip

7. Ex his alia ante Adventum Chriſti t
ſunt, qualia ſunt quæ paſſim per Vetus Teſt

urſa occurrunt,at præcipuè quæ in Decalogo
claro illo *Deuteronomii* Libro continentur:
Chriſto data ſunt, qui Legi Naturæ Veteriſ-
ſtamenti non pauca adjecit: & hæc in No-
tamento ſparſa videre eſt inter præcepta à
& Apoſtolis ſuis tradita, at præcipuè in Ser-
ſto prorſus Divino in Monte habito, & in
, ſexto & ſeptimo capite Evangelii ſecundum
aum conſcripta. De his omnibus ſingulatim
oporteret, at quoniam ſic in immenſum creſ-
tractatus, & minori uſui foret plebi quorum
ti præcipuè hoc opere conſulitur, viſum eſt
ethodo inſiſtere, ſcil. his omnibus in compen-
niſſis, quâ poſſim perſpicuitate, quid ſit cu-
t Chriſtiani hodie officium, edocere.

Tria capita officii humani.

Hoc paucis complexus eſt A-
us, *Tit.* 2.12. *Ut ſobriè, juſtè,
vivamus in hoc ſeculo:* ubi *So-*
ficium noſtrum in noſmetip-
ſtè officium noſtrum in proxi-
Piè officium noſtrum in Deum complectitur:
itur erunt tractatûs hujuſce capita, officium no-
in Deum, in noſmetipſos, in proximos. Ab eo
n Deum eſt exordiar, utpote quod reliquis du-
undamenti loco optimè ſubſternendum ſit.

Officium erga Deum.

Officium noſtrum erga Deum
nis ex partibus conſtat, qua-
præcipuæ, duæ ſunt; Primo,
pro Deo habere, deinde ali-
n *adſciſcere*; in his duobus ea omnia compre-
ntur quæ officium noſtrum erga Deum con-
nt, quod ſuo mox ordine patebit.

Pro Deo habere.

Illum pro Deo habere, ſigni-
Credere Illum eſſe Spiritum
tum Gloria & Majeſtate ineſ-
pollentem, fuiſſe ab æterno,

in æternum abſque finem permanſurum : eſſe noſtrum Creatorem, Redemptorem, Sanctificatorem, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, unum Deum, beatum in ſecula ; nulli mutationi obnoxium, ſed immutabilem ; ab omni materia corporea ſecretum oculos noſtros fugere, Spiritualem, inviſibilem, *quem nemo vidit, nec poſſit videre*, ut monet Apoſtolus, 1 *Tim.* 3. 16. infinitè Magnum & Perfectum, quantum cogitatione aſſequi non licet ; à nemine Eſſe ſuum accepiſſe, reliquis omnibus Eſſe impertire.

11. Hæc ſunt quæ quod eſſentiam attinet credenda ſunt ; at multiplici præterea perfectione veſtitum Scripturæ eum nobis exhibent : infinitâ nimirum Bonitate, Miſericordiâ, Veritate, Juſtitiâ, Sapientiâ, Potentiâ, ἀυταρκέιᾳ, Majeſtate pollentem ; Providentiâ ſua omniâ regentem & gubernantem, cuncta ſcientem & ubivis locorum præſentem : Hæc ſunt quæ à Theologis Attributa Divina appellantur & à nobis certâ fide amplectenda ſunt, hoc eſt, conſtanter tenendum eſt, has omnes Divinas perfectiones Deo ineſſe, idque ſummo gradu, ſicque ut ineſſe nunquam deſinant ; alius ab illo qui nunc eſt, infinitè Bonus, Miſericors, Verax, *&c.* eſſe nequit.

At illum pro Deo agnoſcere amplius aliquid adhuc ſignificat ; nempe decere nos ea omnia officia præſtare, quæ à creatura Deo ſuo debentur: quænam hæc ſunt ſupereſt dicendum.

Fides. 12. Horum primum eſt Fides, non tantùm ea (cujus ſuprà mentio facta eſt) quæ ad Eſſentiam & Attributa, ſed etiam ad Verbum ſuum refertur ; hoc eſt, firmiſſimus aſſenſus omnibus illius dictis tanquam perfectè veris adhibitus : Hoc neceſſariò oritur ex Attributo Veritatis ; cùm nil magis naturâ inſitum ſit quàm

irmationes, qualesſunt om-

toriæ Biblicæ, cùm res narrantur hoc aut il-
o eveniſſe ; Chriſtum à Virgine natum, in
i depoſitum, *&c.* ut & multa Religionis dog-
v. c. Deitati tres perſonas ineſſe, Chriſtum
i Filium & ſimilia : Omnia id genus in Scri-
ıffirmata pro veriſſimis habenda ſunt : Nec
tùm, ſed quoniam ad vitæ noſtræ inſtituti-
onſcripta ſunt, eò noſtra dirigatur oportet
tio, ut his Chriſtianæ Scientiæ rudimentis
rè Chriſtianæ fundamentum jaciatur.

Secundum rerum genus in
ris contentarum ſunt Præ- *Præcepta.*
i. e. plurima quæ nobis Deus
pſit agenda ; hæc ab illo profecta credendum
& æquiſſima eſſe, & qualia numen deceat
iſſe : obſequium pariat hæc Fides oportet, ut
quum cenſemus fieri, à nobis revera fiat ; ali-

bus exitium hoc intentatur, deterreat; augetur alioquin fide noſtrâ reatus, dum ſpretis hiſce minis animum in peccatis pertinaciter obfirmamus.

Promiſſa. 16. Quartò, Promiſſa continent Scripturæ, eaque vel Corpora vel Animas reſpiciunt. Quod ad Corpora attinet, plurima ſunt promiſſa quæ Deum ſpondent Corpori ſuppeditaturum, quicquid ei opus eſſe ſibi videbitur. Unum citabo, *Matth.* 6. 33. *Quærite primò Regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia* (*i.e.* quibus Corpori opus eſt) *vobis adjicientur*; at notatu dignum eſt, priùs Regnum Dei quærendum eſſe & juſtitiam ejus: *i. e.* Totos in eo nos eſſe debere ut Deum colamus, eique obſequamur, priuſquam promiſſum illud de bonis temporalibus nobis vendicemus. Multa ſunt eaque eximia quæ Animæ promittuntur bona; ut primò præſens requies & ſolatium, *Matt.* 11. 29. *Suſcipite in vos jugum meum, & diſcite à me, & invenietis requiem animabus veſtris*: at priuſquam requies hæc nobis debeatur, patet nos jugum Chriſti ſubire oportere, & in Servorum ſuorum & Diſcipulorum numerum conſcribi. Sunt denique promiſſa quæ quicquid Chriſtus boni obtinuit id omne animæ pollicentur: at hæc nonniſi conditionem exſequentibus promittit Deus, *i. e.* peccatorum veniam reſipiſcentibus, augmentum gratiæ acceptam ſedulò adminiſtrantibus, & precibus plus adhuc ambientibus; æternam ſalutem leges ſuas uſque ad vitæ finem ſincerè colentibus.

17. Hæc igitur fides promiſſorum ad conditionem obeundam nos excitet oportet, quòd ni efficiat, fruſtra eorum fructum expectamus; beneficia enim ſeu præmia alia lege, quam qua promittuntur ſperare nihil aliud eſſet, quam ſervi iſtius impudentiam aut dementiam imitari qui herum mecredem

nia ſua promiſſa continentur. At nobis ſa-
ıni Chriſti ſolummodò intentis, alterius,
mis ſuæ, partis, oblivio obrepit: certius au-
iil eſt, quàm Chriſti adventum huc præci-
ctaſſe, ut homines ad probam vitam inſti-

Ioc toties ſacris in literis inculcatur, ut ne-
ıæ legerit cogitanti aut credenti dubium ſub-
. Ipſe Chriſtus aſſerit, *Matt.* 9. 13. *Veniſſe*
ccatores ad pœnitentiam vocaret: & Sanctus
, Act. 3. 26. *Deum Filium ſuum Jeſum mi-*
nos bearet convertendo quemlibet noſtri ab ini-
bus ſuis: unde patet, quod nos ab iniquita-
oſtris convertere, erat Beneficiorum quibus
Chriſto beare Deus ſtatuit, maximum. Imò
o *Paulo* monemur, hunc etiam finem fuiſſe
uæ propoſitum, *Tit.* 2. 14. *Qui dedit ſemet-*
ro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate,
daret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem

Dies Dominicus XV.

De officiis Fratrum, p. 246. *Spiritualium*, 247. 248, 249. *Uxoris officio, obedientiâ*, 250, 251. *fide*, 251. *Amore*, 252. *à quibus Mariti crimina uxorem non abſolvunt*, 252. *de viri officiis, Amore, Fide, Alimento*, 253. *Inſtitutione*, 254. *de mutuo auxilio & oratione Conjugum pro ſe invicem*, 255. *quid in Nuptiis contrahendis præcipuè ſpectandum*, 255. *de Nuptiis illicitis*, 256. *de officiis Amicorum, Fide, Auxilio, Admonitione*, &c. *à* 257, *ad* 260. *de Servorum officiis, Obedientia, Fidelitate, Patientia*, &c. *à* 260, *ad* 262. *de Dominorum officiis, ad* 265.

Dies Dominicus XVI.

Alii Officiorum Fontes erga vicinum, p. 265. *de Charitate Affectuum erga Animas*, 266. *Corpus, bona & exiſtimationem vicini*, 266. *de Charitatis hujus effectis, veluti Pacis ſtudio*, 267. *extinctione invidiæ*, 268. *ſuperbiæ*, &c. *à* 269, *ad* 272. *Motiva ad Charitatem hanc à* 272, *ad* 283. *de Charitate Actionum erga Mentem, Animam*, 283, 284. *Corpus vicini*, 286.

Dies Dominicus XVII.

De Charitate circa bona vicini, p. 288. *Divitis, Pauperis*, 289. *de Conditionibus ad Eleemoſynas*

Secundum Officium erga De-
s eſt, *i.e.* læta expectatio bo- *Spes.*
quæ pollicitus eſt: hæc au-
quod de Fide monui) ejuſmodi eſſe oportet
turæ promiſſorum optimè congruat; quæ
onditionibus ſuis aſtringantur, eouſque ſpe-
cet in quantum hæc à nobis adimplentur: Si
ge ſperamus, longe ab officio diſcedentes in
nptionem grave equidem cri-
incidimus; præſumere enim *Præſumptio.*
aliud eſt quam Deo non pro-
ut potius prohibente ſperare: cujus unuſ-
e reus eſt, qui peccati veniam & æternam ſa-
ſperat, verâ pœnitentia & obedientia (qui-
icè hæc promittuntur) deſtitutus. Vera Spes
uæ nos mundat à peccatis, 1 *Jo.*3.3. *Et om-
habet hanc Spem in eo, ſanctificat ſeipſum, ſi-
ille ſanctus eſt*: hoc eſt, Spes efficit ut pec-
iis renunciet & imitationi Chriſti ſedulò in-
t, quod ni efficiat, quantacunque licet fiduciâ
ſit, ſpes Hypocritæ cenſenda eſt, quæ teſte
eribit.

Nec tantùm Præſumptione,
iam ratione, nimirùm Deſpe- *Deſperatio.*
e officium hoc tranſgredimur,
ationem nolo quod vulgò ſolet intelligi, eam
is de miſericordia Divina in peccatis ſuis per-
deſpondet, huic enim jure deſperandum eſt:
m volo, quâ quis ab omni ſtudio ſanctitatis
itur, *i.e.* cum quis non eſſe ſe hodie eum ſen-
ui promiſſa competunt, ne is unquam evadat
at; ideoque ſpreto officio pergit peccare; hæc
era vitioſa deſperatio, quæque in ea ad vitæ
permanentibus exitio erit.

Jam Spei eſt huic malo occurrere, exponendo
en promiſſorum naturam, ad omnes ea ſpe-
ctare

ctare qui Conditioni præſtandæ incumbunt ; ideoque licet conditione nondum præſtitâ, is ideo aliquis non ſit cui hodie in promiſſa jus competat ; Spes tamen dictat jus illud poſſe impoſterum acquiri, ſi officio fungendo ſe ſedulò jam accingat. Extremæ igitur eſſe dementiæ, ſi quis obrutus licèt peccatis, ſe tanquam perditum abjiceret, cùm ſi mores velit mutare, in promiſſæ miſericordiæ participationem non minùs certò admittendus ſit, quam ſi nunquam peccâſſet.

24. Hoc nobis in Prodigi Parabolâ, *Lu.* 15. Chriſtus oſtendi voluit, qui patre licèt derelicto abierat, ſuaque omnia luxu dilapidarât, rediens tamen ac pœnitens non minori in eum animi paterni propenſione, imò majoribus & ardentioribus amoris indiciis quàm qui nunquam offenderat exceptus eſt ; cujus Parabolæ ſcopus is eſt, ut oſtendat quo animo nos cœleſtis pater excepturus ſit, quatacunque licet fuerint prioris vitæ peccata, ſi veram de præteritis pœnitentiam agentes, emendandæ in poſterum vitæ ſincerè ſtudeamus ; imò eò uſque Deo gratus eſt peccatoris ab errore viæ ſuæ reditus, ut quendam in Cœlis triumphum pariat, *Gaudium eſt coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*, *Lu.* 15. 10. Quis igitur nollet tempeſtivâ potius pœnitentiâ Cœlis Deo & Sanctis Angelis, quam obſtinatâ deſperatione Satanæ ſuiſque damnatis ſatellitibus voluptatem creare? præſertim cum inde nobis æterna felicitas paretur, hinc æterna ſupplicia?

Amor.

25. Tertium erga Deum Officium eſt Amor: Duo ſunt utplurimum Amoris incitamenta, alterum cujuſdam Bonitas & perfectio ; peculiaris qua nos *proſequitur* animi propenſio & amor alterum : *quæ utraque* in Deo idque ſummo in gradu concurrunt.

26. Pri-

26. Primò infinitâ in ſe Perfectione & Bonitate pollet. Hoc de eo credere par eſſe ſuprà evicimus, nec de hoc licet dubitare: ſiquis hoc unum ſeriò cogitet, nimirum nihil Boni mundo ineſſe, quod non acceptum Deo referatur. Dei bonitas ad eam quæ eſt creaturarum collata, ſe habet ad inſtar Maris aut Oceani, Creaturarum ad inſtar Rivulorum exinde manantium; Dementem crederes qui Oceanum non eſſe Rivulo majorem aſſereret; nec minores eum igitur ſtultitiæ argueres, qui Dei bonitatem, eam quæ creaturarum eſt infinities ſuperare, negaret. Præterea Creaturæ bonitas imperfecta eſt multumque mali admixtum patitur; at Dei integra, ſincera & ab omni malo pura eſt: ille perfectè ſanctus, nullâ impuritatis maculâ inquinatus; nec ullius nobis mali author eſſe poteſt: quamvis enim omnis in nobis bonitatis fons & origo ſit, nullius tamen in nobis peccati cauſa eſt. *Dei præſtantia.*

27. Nec tantum in ſeipſo bonus, ſed & mirum in modum bonus, *i. e.* beneficus & miſericors in nos. Nos è duabus partibus, Anima nimirum & corpore conſtamus: in utrumque Deus infinitè miſericordem & propenſum ſe exhibuit. Perpendas quæſo quæ ſupra dicuntur de novo fœdere ejuſque fructibus Chriſtum, ſcil. & immenſa meritis ſuis impetrata bona, nobis à Deo offeri, idque animo tam ſincero & ſalutis noſtræ cupido, quod his niſi vitio noſtro excidere non poſſumus: hoc enim Deo unice in votis eſt ut ea amplectamur & vivamus: quod verendo illo patet juramento, *Ezec.* 33. 11. *Dic eis ne vivam, dicit ego Dominus Jehova ſi delector morte improbi, ſed delector cum revertitur improbus à via ſua ut vivat*: cui & hæc verba *Dei Propenſio in nos.* *In Animas noſtras.*

ba ardentiorem animi affectum teſtata adjicit ; *Revertimini, revertimini à viis veſtris peſſimis, cur enim moriemini domus Iſraelis?* Huc facit. *&* *Ezec.* 18. Hæc inquam perpende, & agnoſces Deum, ſummâ noſtras animas benevolentiâ complecti ; imò in memoriam revocet unuſquiſque velim, quot ſubinde monitis divinis ad pœnitentiam vitæque emendationem vocatus ſit, nunc externo verbi Divini miniſterio, nunc interno & arcano Divini Spiritûs afflatu : id unum impulſu ſuo monitis precibuſque agente Deo, ut infernum miſer evitare, Cœlumque non adverſari dignaretur : hoc inquam ad animum revocet, ut & quot aliis ſubinde modis hoc idem tentavit Deus ; & neceſſe habebit Divinam benevolentiam non tantum in Animas in genere ſed & in ſuam ſe excerentem agnoſcere.

In Corpora. 28. Nec Corporum noſtrorum curam agere dedignatus eſt ; quibuſcunque fruimur bonis, ut proſperâ valetudine, robore, victu, veſtitu, & ſiquid aliud eſt quo Corporum noſtrorum frui intereſt, illi accepta referuntur ; adeo nos non patitur Divinam in corpora Beneficentiam neſcire repetita indies exteriorum munerum frequentia, quæ omnia animi in nos propenſi effecta ſunt & indicia, ſunt equidem qui pluribus & ampliſſimis bonis præ reliquis cumulentur, nemini tamen deeſt, unde Divina miſericordia & in Corpus ſuum Beneficentia eluceat.

29. Et jam tandem jure cenſebitis amandum, quem ex omni parte amabilem evicimus ; adeo equidem in confeſſo eſt, hoc officium, ut ſiquem interrogetis num Deum diligat, injuriam ſibi fieri iniquâ dubitatione quereretur ; hoc tamen non obſtante, Deum à perpaucis admodum amari, heu nimium patet : quod vel inde fiet manifeſtum, ſi quærimus an ea quæ ſunt uſitata iſtius amoris quo

ho-

homines noſtri ſimiles complectimur effecta, etiam amorem quo nos Deum proſequi profitemur, comitentur.

30. Hujus generis plurima licet ſunt, duo potiſſimùm brevitatis causâ libet afferre: unum in placendi ſtudio, alterum in fruendi deſiderio conſiſtit: hæc ſunt quæ ſolent amorem comitari. Quod ad primum attinet, nemini non notum eſt, Amantem in id incumbere ut Amati ſibi gratiam conciliet,idque ea agendo quæ illi gratia arbitratur; & pro menſura amoris intendit aut remittit ſe hoc placendi ſtudium: ubi ardentius amatur, ibi & huic curæ ſollicitè magis incumbitur, ſcil. placere: ſi is igitur ſit noſter in Deum amor quem credi volumus, hunc fructum pariat neceſſe eſt,ut ei ſedulo adnitamur placere: ut igitur arborem ex fructu dijudicas,ſic licet & amoris noſtri in Deum ſinceritatem ex hoc fructu æſtimare, præſertim cùm hujuſmodi examini ſubjici amorem noſtrum Chriſtus ipſe voluit, *Jo.* 14.15. *Si diligitis me, Mandata mea ſervate.* Et 1 Jo. 5. 3. *Hæc eſt enim charitas Dei ut mandata ejus cuſtodiamus*: & ſanè ſi hoc unum amoris argumentum deſideretur, non eſt unde poſſimus evincere nos Deum amare.

ijus peccati conſuetudo effecit ut pro levi
r, procul abeſt ut aut in ſe leve ſit, aut ut
o habeatur.
tquot igitur in hujus peccati habitum non-
lapſi ſunt, minimis ejus initiis obſtare; &
hoc habitu ſe miſeri implicârunt, tempeſti-
e expedire nitantur, ſi in animas ſuas pretio
nec objiciat aliquis inveteratum habitum
difficultatem, tanquam diuturnioris moræ
ccato excuſationem, ſed potiùs quò diutiùs
evit, eò citiùs derelinquat, & nimium du-
m moræ in tanto ſcelere duxiſſe; at ſi con-
is diuturnitas difficultatem auxit peccatum
linquendi, eò maturiùs ſe operi accingat, nè
s tandem in impoſſibilitatem vertatur &

ad nos cohibendum ab hoc ſcelere ſatis eſſet: rogarem enim, quiſquis impoſſibilitatem habitum derelinquendi cauſatur, ſi certus eſſet ſe collo ſuſpenſum iri cùm proximè juraret, an non à jurando metu hoc deterreretur? Credere nequeo, eſſe aliquem mentis compotem qui tam parum ſui potens ſit, ut perculſus hoc terrore à jurando non abſtineret: & ſanè tanto gravius eſt ſupplicium inferni quàm patibuli, ut illius quàm hujus metu efficaciùs nos commoveri æquum ſit. At dubitandum eſt, quòd aut homines non firmè credunt ſe ob hoc peccatum damnandos, aut ſi credant, damnationem tanquam rem remotiſſimam intuentur, ideóque hâc parùm eſſe moventur; at utrumque rationi repugnat. Quod ad primum attinet, quiſquis in voluntario aliquo peccato perſiſtit, tamdiu eſt in ſtatu damnationis; ideóque qui in hoc peccato perſiſtit, ad hanc ſe conditionem reducat neceſſe eſt. Quod ad ſecundum attinet, veriſimile eſt falli ſic ſentientem: quis enim novit an mors illi cœlitus incutiatur, etiam dum juramentum faucibus hæret? aut ſi de hoc ei præſtari poſſet, æterna damnatio tremenda ſatis eſt quâcunque licèt temporis diſtantiâ remota.

Veracitas. 11. Secundò, Veritatem perfectiſſimam dictis omnibus cole; ut affirmanti ſolummodo omnes aſſentiantur, nec opus ſit juramento ad fidem faciendam, qui unicus color aut prætextus jurandi eſt.

Occaſiones vitandæ. 12. Tertiò, Obſervare decet quicquid eſt quo facile in hoc peccatum pertraheris, vinum aut ira, ſodales aut aliorum exempla; & ſi peccatum reverâ ſtatuis derelinquere, has peccandi occaſiones vitare oportet.

13. Qui

o, Fac animam imbuas · *Reverentia Numinis.*
verentia, quæ ſi in ha-
leſcat, facilè expellet
m profanandi nomen
as igitur teipſum numen revereri &
omen ejus reverenter habere, adeò ut
cordis aliquâ in eum elevatione nefas
iliari colloquio ſiquando nomen ejus
venit, hoc ipſum tibi ſurſum cogitati-
i occaſionem præbeat, & neutiquam
diverbiis & otioſo garritu uſurpetur:
Nominis ejus mentioni reverentiam te
hibere, magnum erit contra Nominis
ionem præſidium.

o, Teipſum diligenter · *Vigilantia.*
linguâ tuâ ſic offendas;
rvatione reliqua noſtra
m proderunt. Medium
Oratio, quæ conatibus · *Oratio.*
ienda eſt: Deum ora
t tibi vires ſuppeditet, quibus adjutus
conſuetudinem poſſis expugnare, dic
a, *Compone, Jehovah, obſerva os meum,
toderare quicquid efferunt labia mea:*
hujus exſtirpandi media ſincerè & dili-
oes, Deum tibi non defuturum pro cer-
Eo prolixior fui in hoc argumento quia
invaluit hic morbus; Deus ex miſeri-
na, reos omnes vero ſenſu gravitatis
s afficiat.

is variis nomen divinum · *Quid ſit Nomen Dei ſanctificare.*
modis, facile eſt inferre
nctificandum ſit, *viz.*
is omnibus abſtinentiâ,
*ore & reverentiâ iſtius
inis, quod magnum, mirabile & ſanctum*

 eſt,

eſt, *Pſ.* 99. 3. fundatâ. Differui jam de var
tibus magni illius officii Deum Honorandi.

Dies Dominicus V.

De Adoratione debitâ Deo. De oratione varii partibus. De publicis precibus in in Familiâ. De precibus privatis. De P tiâ, &c. De Jejunio.

Adoratio. Sect. 1. OCtavum erga officium eſt tio: Hoc m illud officiu quo potiſſimùm Deitatem agnoſcimus, cùı ratio unius Dei propria ſit; ideóque hoc ma menti officium cenſendum eſt. Et primo ab bus noſtris, deinde corporibus perficiend

Oratio. Animæ eſt Orare. Orare eſ alloqui, cujus officii partes va pro diverſitate rerum de qu quimur.

Confeſſio. 2. Prima pars eſt confeſſio nitio peccatorum coram Deo; generalis vel particularis eſt. lis, cùm tantùm in genere fatemur, nos eſſe tores; particularis, cùm varias ſpecies au peccatorum noſtrorum enumeramus: prior partem conſtituat precum noſtrarum ſolenn ve publicarum ſive domeſticarum; poſteri

va

; & in his quò frequentiùs adhibetur, eò Imò quotidianis precibus privatis peccato- ociſſima & fœdiſſima aliquot jamdiu[illegible]èt recenſere decebit : æquum enim eſt ut hæc n ſatis agnita aut defleta arbitremur. Hæc o ſemper debet confeſſionem comitari; opor- nè conteri & compugni de peccatis quæ nur, noſtrámque indignitatem in his admit- x animis agnoſcere: nec enim huc ſpectat io, ut Deus de peccatis noſtris quæ penitiùs os ipſi perſpecta habet, certior fiat, ſed ut humiliemur, itaque niſi ad hoc contulerit io, irritò fieri cenſendum eſt.

Petitio. ... cunda pars orationis eſt Pe- e. ea precibus à Deo poſtu- t neceſſitatibus vel corporis næ inſerviant. Pro animabus *Pro Animabus.* petenda eſt Peccatis venia, id- pter Jeſum Chriſtum qui ad obis obtinendam ſanguinem ſuum fudit; de- atia & auxilium ſpiritûs ſancti, cujus ope relinquere, Deóque per omnia parere vale- Hîc etiam opus erit ſigillatim omnes à Deo petere, ut Fidem, Amorem, Zelum, Puri- Pœnitentiam, at eas præcipuè quibus te è egere ſentis: Ideóque quid tibi opus ſit, to: Si ſuperbus es, Humilitatem potiſſi- npetrare precibus à Deo contende; ſi libidi- Caſtitatem, & ſic reliquas deinde gratias ibi opus eſſe compertum ſit. In his omnibus animam ſpectant ardentiſſimis votis & max- portunis inſta : nec te repellî patiaris, nec non impetrato quod contendis deſiſtas. Diu gratiam *aliquam à Deo* contendiſti necdum *ſti, ne fatiſcat* animus nec te tædeat orandi, *genter potiùs* in cauſam inquire, unde ſit

quod ſucceſſu ſuo careant preces tuæ; vi[illegible] [illegible]is precibus obſtes. Forſan Deum rogas u[illegible] petias ferat contra peccatum aliquod, n[illegible] ipſe ad pugnam te accingis, nec illius im[illegible] ſtines, ſed te ei quoties ſe coram ſiſtit, de[illegible] ei obviam prodis, & te conſultò objicis in [illegible] omnium tentationum: hoc ſi ita ſit, miran[illegible] eſt, ſi fructu vota careant, cùm quòd non [illegible] ipſe in causâ ſis; fac hunc errorem corriga[illegible] tui eſt officii ſincerè peragas, nec Deum t[illegible] turum timeas.

Pro Corporibus.

4. Secundò, Deum etiam [illegible] poribus invocare decet: i. [illegible] um poſcere quibus ad vit[illegible] dum hic agimus, opus eſ[illegible] pro modulo & menſurâ quâ viſum erit [illegible] ſuæ: nec enim nobis licet res ex cupidita[illegible] metientibus, aut opulentiam iſtam aut po[illegible] quantum forſan vanitate inflata corda no[illegible] cupiſcunt; à Deo petere; ſed illum rerum [illegible] tum ſtatum, quem ipſe ad magnas illas vi[illegible] fines, Dei gloriam & animarum ſalutem pr[illegible] das, maximè idoneum ſenſerit.

Deprecatio.

5. Tertia pars Orationis [illegible] precatio, hoc eſt Deum obſe[illegible] malum aliquod à nobis aver[illegible] lum autem duplex, vel malum culpæ vel [illegible] pœnæ: contra malum culpæ potiſſimum [illegible] precibus à Deo contendendum eſt, ut nos [illegible] ſpiritûs ſui robore a lapſu tutari: & ſi qu[illegible] dictiorem te peccatis noveris, Deum ardent[illegible] ut te ab his præſtet immunem; hoc quotid[illegible] dum eſt, at tunc præcipuè cum inſtanti te[illegible] labendi periculo magis obnoxii ſumus: hîc [illegible] in Sancti *Petri* vocem prorumpere cùm e[illegible] *mergi, Serva Domine aut perii,* humilli[illegible]

ditionem orandum eſt. Contra hæc pre-
it nimis fervida ſit oratio, fieri nequit.
pœnas temporales, *i. e.* externas calami-
antibus moderandus eſt orationis æſtus,
luntati Divinæ, ad exemplum ſalvato-
ubjiciendo, *Mat.* 26. 39. *Non quod ego*
uod tu.

a pars orationis eſt Inter-
. pro aliis precatio; pro
n genere intercedendum
s pariter ac notis, at pro iis præcipuè qui-
ionis alicujus vincula conjungimur, ſive
eluti pro Magiſtratu ſeu Sæculari ſeu Ec-
; ſive privatæ, veluti pro Parentibus, Ma-
ribus, Liberis, Amicis, *&c.* Intercedendum
pro omnibus in adverſis poſitis, & pro iis
im, quorum nobis innotuit calamitas.
is orandum eſt qui nos injuria affecerunt,
infeſti ſunt & nos perſequuntur, hoc enim to-

Interceſſio.

Gratiarum actio. 8. Quinta pars Oration tiarum Actio, *i. e.* Divina cordiam, ſive in noſmetip eos qui nos proxime conti in Eccleſiam & gentem quarum membr ſeu poſtremò, in totum genus humanum, & benedictionibus celebrare oportet. D tem miſericordia vel in beneficiis ſpiritu temporalibus conferendis elucet. Inter Sp primo in loco numeranda ſunt, quæ ad genere ſpectant, veluti donatio Filii ſui, ritûs ſui, & media omnia quibus homine torem ad meliorem frugem revocare co Secundo, ea quæ in nos ſpeciatim contuli quòd nati intra gremium Eccleſiæ, & C Religione inſtituti, in participationem pre iſtorum munerum verbi ſui & Sacrament mittimur; & conſequenter nobis nihil in peræ aut curæ conferentibus, media æterr adipiſcendæ obvenerunt. Et præter hæc on mo eſt qui non alias ſpirituales miſericordi accepit.

Spirituales Miſericordia. 9. Veluti primò, ſumm patientià & longanimitate nitentiam noſtram expecta deo nos non ſuſtulit è medi peccatis. Secundò, His accenſendæ ſunt v & invitationes Divinæ ad pœnitentiam, tùm externæ, miniſterio verbi, ſed & inte cano impulſu ſpiritûs. Si hæ vocationes i tæ ſunt effectum, ſic ut profanam aut m vivendi rationem in Chriſtianam commutâ ta tibi agnoſcendi & celebrandi divinam b neceſſitas incumbit, cùm ei beneficiorum m acceptum referas?

atiæ etiam agendæ ſunt pro
liis temporalibus, ſive ad
am ſpectantibus, veluti pro
Leipublicæ ſeu Eccleſiæ ſtatu, & celeberri-
rum depulſionibus quibus aut hanc aut
natus eſt: ſive ad rem privatam, veluti
omnibus hujus vitæ quibus fruimur, pro-
tudine, amicis, victu, amictu, & id genus,
tias agere oportet, quòd nos Deus in ſin-
nenta conſervet & tutos clementiſſimâ
iâ præſtet à periculis. Commemorandæ
ſunt præcipuæ quædam liberationes qui-
eus in ſummo diſcrimine verſantes digna-
npoſſibile erit ſingula quæ quiſque accepit
neficia, quoniam tum genere tum gradu
ommemorare. At pro certo ſtatuamus
minimum accepit, ſatis obſtringitur ad
am in Dei laudibus tranſigendam. Operæ
tium erit ſi quiſque expenſis variis vitæ
& in his quæ occurrunt, miſericordiis, ſal-
u dignioribus, ex his catalogum contexat,
per memoriâ teneat & grato animo ſæpiùs
eo recenſeat.

Temporales.

ſunt variæ Orationes par-
ſingulæ & publicè & pri-
hibendæ ſunt; publicè in
ubi coeunt omnes ut pre-
mmune fundant, quæ ad communem uti-
pectant; & in his (ubi tales ſunt preces
portet) aſſiduos eſſe decet, cùm ſpecialis
unitis fidelium precibus promittatur;
ne causâ ab his publicis precibus abeſt, ſe
iæ corpore abſcindit; quæ res tam triſtis
toſa ſemper habita eſt, ut gravius ſup-
eleſtiſſimo potuiſſe infligi præſules Eccleſiæ
nt; quantæ igitur eſt inſaniæ hoc ſibi ip-
?

Publicæ Preces in Eccleſiâ.

12. Al-

In Familia. 12. Altera ſpecies publicæ orationis eſt ea, quæ in Familia uſurpatur: Ubi tota domus conjunctis precibus Deum invocat. His ſedulò intendendum eſt, & præcipuè à patre familiâs, cujus eſt curare ut preces in familiâ ſuà peragantur; ſui enim officii eſt liberorum & ſervorum ſuorum animabus non aliter ac corporibus quotidiani pabuli ſuppeditatione conſulere. Nec igitur infimus de plebe, ſi pater familiâs ſit, ab hoc munere obeundo excuſandus eſt; ſi aut ipſe, aut aliquis è familiâ, literas nôrit, preces legat licet è libro aliquo pio deſumptas, ſi è libro Precum Communium ab Eccleſia uſurpato, ſapienter elegit; ſi nemo literas novit, opus erit ut formulam aliquam Orationis memoriter teneat, quam decebit in familiâ recitari; cui uſui maximè idoneæ ſunt preces aliquot Eccleſiæ, utpote quæ ob brevitatem minus moleſtæ ſint futuræ memoriæ, & ob pondus & gravitatem majori uſui: at quemcunque precum delectum faciant patres familiarum, curent aliquas ſaltem offerri; nec audeat aliquis, Chriſtianum ſe profeſſus, Gentili adeò more familiam ſuam gubernare, ut Deum quotidie ab ea non curet invocari: curante autem ex officio patre familiâs ut preces ſint, domeſtici quod ſuum eſt officium faciant, nec eorum aliquis opportunitatem hanc negligat, ſed aſſiduè devotéque precibus his interſit.

Privata Oratio. 13. Privata Oratio ea eſt quam quis ab hominum cœtu ſubductus fundit, in qua pro neceſſitatibus noſtris in rebus particularibus diutius immorari licet quàm in publico cœtu expedit: privatæ autem preces publicarum obtentu contemnendæ aut negligendæ non ſunt, utraſque enim Deus exigit, nec vult has in illarum vicem ſubſtitui, aut è contra. Præterea quiſquis in precibus publicis

aſſi-

ivatas negligit, metuendum eſt nè ho-
ùs quàm Dei laudem aucupetur; contra
Salvator noſter, *Mat.* 6. qui ad pri-
reces hortatur, *precare patrem tuum in*
uo uno præmium, non à frivolis homi-
ıs ſperare licet.

antum preces privatas re, ſed iis etiam crebo tet, bis ſaltem quotidie, veſperi: neceſſe enim eſt omnia & auſpicari & claudere, Deum idque ſive quod Deo ſive quod nobiſ-
etur officium intuemur; nec enim aut
t tuti eſſe poſſimus niſi ſub illius tutelâ:
ːis aut diei pericula niſi priùs implora-
idio adire, tremendæ eſſet temeritatis.
rea vicibus huic officio incumbendum
oſtro otio aut negotio decernendum eſt:
n nollem illud intelligi quod ſibi inani-
iomines, ſed vocationis ſuæ neceſſaria
us adeo aliqui diſtinentur, ut parum
poris ad ſolennes & ſtatas preces. At
ecebit, aliquoties in die, brevibus ora-
rda ſua in cœlos erigere etiam dum o-

Precum tempora.

Ratio autem dictat ut illi plus tempo-
io impendant, quibus plus otii eſt. Nec
oluptatibus imò forſan peccatis vacat,
recibus poſſe vacare; adnitatur potiùs
ecit jacturam temporis ſarcire, plus im-
iic officio impendendo. Et ſanè officii
tem ponderantibus nihil deretur quam non mi- n eo verſari, quam nunc

Hujus officii utilitas.

enim, Summus hic Ho-us eſt quòd familiari

Honor.

no-

noſtri alloquio tam facilè pateat cœli Numen. Si quem è ſubditis ſuis infimum in liberum & familiare colloquium Rex admitteret, ſummus hoc honos haberetur, qui proximorum in eum invidiam conflaret antea licèt contemptui habitum; nec dubitandum eſt quin tantæ dignationis occaſiones hic avidè captaret. At hoc prorſus nihil eſt honori quo nos dignatur Rex Regum, dum ad familiaritatem & converſationem ſui non tantùm nos admittit, ſed vocat, hortatur collatum: quantò igitur ad hanc proniores eſſe nos oportet?

Orationis Utilitas. 16. Secundò, Tanta eſt Orationis utilitas quantam animo capere non poſſumus, hoc enim inſtrumento bona omnia ſive temporalia ſive ſpiritualia è cœlis deducuntur. Nulla eſt oratio quæ ſi conditionibus adeſſe debitis non deſtituatur, benedictionem aliquam à Deo non impetret, juxta illud ſapientis, *Ecclus.* 35. 17. *Oratio humilis penetrat nubes, nec redibit donec ad eam reſpiciat Altiſſimus.* Fœlicem cenſeres, cui unum medium ſuppeteret, quo omnia quibus ſibi opus eſſet, compararet, quanquam non ſine ſummo labore & multâ operâ; fœlix ille tu poſſis fieri ſi velis; Oratio medium efficaciſſimum eſt, quo ſi non omnia quorum te indigum arbitraris, ſaltem omnia quibus reverâ indiges, *i. e.* omnia quæ tibi uſui fore Deus noverit, certò certiùs conſequaris. Quantamcunque igitur carni laſſitudinem Oratio afferat, cùm à Divinâ beneficentiâ in ſingula pene momenta egeſtas te tua aliquid flagitare cogit, ſummæ eſſet hoc dementiæ, Orationem, unicum & certiſſimum egeſtatis ſubſidium, præ laſſitudine negligere.

Orationis Jucunditas. 17. At Tertiò, tantum abeſt ut naturâ ſuâ moleſtum ſit hoc officium, ut jucundum admodum ſit; fœli-

fons & origo Deus eſt, *& à dextrâ ſuâ* *ates in æternum*, *Pſ.* 16. 11. Quò igitur es, eò fœliciores evadamus neceſſe eſt, c propinquitate cœli gaudia naſcantur; ur hic vitam agentibus, Deo aliâ ullâ raıs appropinquare,quàm oratione; ſequitur hæc ex ſe apta ſit ad jucunditatem & vo- pariendam : ſi contrarium experimur,hoc ruptioni imputandum, cui (quod palato let evenire) ſuaviſſimi cibi non ſapiunt. n ſanè Oratio officium eſt, at etiam ſpiri- itur cor carneum ſit:ſi aut s carnis aut fæces mundi, ous ſpiritûs inimicas inhæret, andum non eſt ſi nihil vo- ex oratione percipis, ſi *Iſ-* *r* inſtar, contempto Man- *Ægypti* avidè appetis. Si igitur officium quenti tædium tibi ſentis obrepere,tibi me- munda & expurga ab amore peccati,& ad m & cœleſtem ſtatum evehere conare, & ties moleſtiâ omni vacuam, in gratam am exercitationem, hanc commutari. In- fficultatem officii nè querere, ſed cordi-

Carnalitas una cauſa laſſitudinis in Orationi.

cundò, tædium oritur ex deſuetudine. Plurima ſunt principio difficilia viden- tamen aliquamdiu his aſſu- diſſima fiant. Si hic animæ tuæ ſtatus ſit, ptu remedium eſt, hoc eſt orationi magis e, hinc (ut vides) hortationi de precandi iâ nova vis accedit.

Deſuetudo cauſa altera.

: non tantùm quoties, ſed *àm bene oratur* videndum *item bene oretur*, ſpectan-

Orationis Conditiones.

da-

da eſt, primò, Precum mate- *Licitorum Petitio.* randum nè quid illicitum p veluti pœnas in inimicos: S conditiones precum ſpectan *Fides.* eſt primò ut Fidem adjunct beant; credendum eſt, ex te divinâ rogantibus, Deum tita largiturum, aut quod re noſtrâ fore judicaverit. S *Humilitas.* Humilitatem; fatendum eſ bonis quæ petimus prorſùs i eſſe, ideòque nec ea noſtri ſ ſti meritis fretos petere. *Attentio.* Attentionem; animum in h agimus intendere oportet, endum eſt, ut mens aliarum rerum cogitat ſtrahatur. Dixi in principio orationem eſſe rum opus, ſin autem mens aliò evagetur, tantùm & labiorum opus ſit, nec aliud apu audit, quàm futilis loquacitas, & conſequen quam nobis benedictionem impetrabit, ſec quod *Jacob* Matrem monuit, *Gen.* 27. 12. *ſuper nos maledictionem non benedictionem.* E cultûs Divini partis ſolennioris officii ſim profanatio, cùm nil aliud ſit, quàm ei labi appropinquare abſenti procul corde; & trer cujus in conſpectu prodimus majeſtatem, dere, contemnere. Quod ad nos attinet, extr dementiæ, nos ad Deum accedentes de re gr animas nimirum & corpora noſtra tàm int ctanti cum eo acturos, negotii medio in ſerm litos, res leviculas, quas vel imaginatio noſ Diabolus, cujus eſt hîc nobis negotium ſ ſuggerat, ſectari. Perinde hoc foret ac ſi F *ſupplex* ad Regis pedes advolutus ut ſcel *pœnas* deprecetur, conſpectam inter ſuppl

abruptâ in medio ſupplicatione, cu...
an non perditum hunc homunicionem
lementiâ prorſus indignum cenſeres?
ratione ſperamus quòd illis Deus preci-
admoveat & annuat, quibus mens noſtra

tra hanc cogitationum
n, quoniam ad eam tam
turâ ſumus, multùm re-
imus diligenter munia-
em finem utile erit
io, reverentiam M
aditurus eſt, impri...
ſpectu ineptire aut
deat. Secundò, R... a
ius gravitatem experiue...e
rum ejuſmodi aliquæ ſunt,
i impetratis, omnium creaturarum mi-
imus; avertit autem Numinis attentio-
ientis noſtræ aberratio. Tertiò, in hunc
lorandum eſt Dei auxili-
ue prima hæc ſit Oratio-
o, ut Deus animum no-
atum reddere dignetur.
mò, animum tuum cuſto-
ſque munito, ut inſultan-
inde arceantur leves co-
aut ſi quæ irrepſerint, abjecta omni vel
uenti cunctatione, nec ſine indignatione,
ur, harúmque venia à Deo poſcenda eſt:
tè & ſtrenuè hoc modo oppugnas, aut De-
ppeditabit, ut aliquo ſaltem gradu victor
t his clementer ignoſcet ſi ſummâ diligen-
à præcludi nequeunt. At ſi noſtrâ negli-
omitti contigerit, neutrum à Deo ſperan-
ente ſcil. hac negligentiâ.

Evagationis remedia.

Conſideratio Divinæ

... *tes*

Implorandum Dei auxilium.

Vigilias agere.

22. Quar-

nec enim hujuſmodi prece flectetur homo
mendicus nôs ſtipem tam oſcitanter aut cont
rogaret, ac ſi perinde haberet an ullam acci
non; hunc aut egeſtate parùm preſſum, au
biâ multùm inflatum cenſentes, hujuſmodi
inexpugnabiles eſſemus: quantæ igitur ſto
eſt ſperare Deum ea quæ vili ſtipe infinitè
ſiora ſunt, ignavis & torpentibus precibus c
rum eſſe: Eadem eſt ratio laudum & gr
actionis quæ Deo grata eſſe nequeunt, niſ
mo vero beneficiorum ſuorum ſenſu affect
cta, cum nihil alioquin in ſe præter inanem u
& externam venerationis ſpeciem continea
proinde Deo non labia tantum noſtra ſed
efflagitanti placere non poſſunt: quod idem
ris Orationis partibus auſim affirmare. Pre
igitur, fac anima vehementiſſimo, ſi fieri pot
ſiderio & fervore inflammetur: quod quoni
priis viribus efficere non poſſis ſedulò ora

torum ſpecie, irâ nimirum & diſceptatione; ubi per diſceptationem, lites iſtæ & contentiones inimicæ, hominibus nimis uſitatæ, intelliguntur; quas qui corde ſuo fovet, aut aliud quodcunque peccatum, hic ſanè puras manus, quod in hoc officio exigit Deus, attollere nequit, & conſequenter preces ſuæ frequentes licèt & fervidæ parum proderunt, quod *Pſalmiſta* monet, *Pſ.* 66. 18. *Si ſpectâſſem ad iniquitatem animo meo, non audiviſſet Dominus:* & quod pejus eſt, *Solomon* aſſerit, Deum has preces non tantùm non exaudire ſed & abominari, *Prov.* 15. 8. *Sacrificium improborum abominationi eſt Jehovæ:* Nec ſanè triſtius aliquid nobis evenire poteſt, quàm ut preces noſtræ *nobis ſint in condemnationem:* quod proinde inter funeſtiſſimas imprecationes, *Pſ.* 109. 7. recenſetur. Nè igitur in nos ipſos crudeles tantum in nos mali attrahamus, quod ſanè facimus, quoties preces ab impuro corde fundimus.

Ad rectos fines dirigatur oratio.

24. Preces denique noſtræ ad rectos fines dirigendæ ſunt; idque vel reſpectu precum ipſarum, vel reſpectu rerum quas prece petimus. Primò non eſt orandum ut devotionis opinionem apud homines ineamus, Hypocritarum inſtar, *Mat.* 6. 5. nec ſocietati tantùm aut conſuetudini morem gerendi animo; ſed primò ut Deum colamus; ſecundò ut eum, perennem bonorum omnium quæ expectamus fontem eſſe agnoſcamus; & tertiò ut egeſtatis aut noſtræ aut aliorum levamen impetremus. Reſpectu rerum quas prece petimus, cavendum eſt nequid mali in his petendis, nobis propoſitum ſit; non eſt rogandum ut in libidines noſtras abſumatur, *Ja.* 4. 3. Quod faciunt qui opulentiam petunt, ut in luxu & intemperantià vitam ducant; & potentiam, quâ poſſint inimicis ſuis nocere, & id genus: At in omnibus primò &

præcipuè ſpectanda eſt Dei gloria, & deinde noſtra & aliorum ſalus; reliquorum omnium in precibus eatenus ratio videtur habenda, quatenus his promovendis ſerviant quod quidem non poſſunt ſi cupiditatibus explendis inſumantur. Expoſui jam priorem cultûs divini partem, quæ animarum propria eſt.

Veneratio Corporea. 25. Pars altera, quæ corporum propria eſt, in demiſſis & humilibus corporis geſtibus, qui & internam animarum venerationem exprimere apti ſunt, & tributi vice à corpore penduntur, conſiſtit. Apoſtolus enim jubet ut corpore Deum veneremur, non minùs quam animabus noſtris: & meritò quidem, utrumque enim pariter creavit Deus ac redimit: quandocunque igitur preces coram Deo fundis, fiat ſummâ cum demiſſione corporis perinde ac animæ, juxta Pſalmiſtam, *Pſ.* 95. 6. *Venite incurvemus nos & procumbamus, flectamus genua coram Jehovah qui fecit nos.*

Pœnitentia. 26. Nonum erga Deum officium eſt Pœnitentia: quòd Pœnitentia ſit officium erga Deum docemur ab Apoſtolo, *Act.* 20. 21. ubi de pœnitentiâ loquens eam *converſionem in Deum* appellat. Et jure quidem hanc eſſe officium erga Deum cenſetur, cùm nullum peccatum perpetratur, quod non illum aut mediatè aut immediatè offendat. Quanquam enim peccata ſunt, quæ & contra nos & contra proximos fiunt, hæc tamen quoniam à Deo prohibentur, tranſgreſſiones legis ſuæ cenſenda ſunt, ac proinde contra illum.

Quid ſit. Hæc Pœnitentia, ut verbo dicam, nihil aliud eſt quàm converſio à peccato ad Deum; quæ in peccatorum derelictione, & eorum omnium quæ Deus exigit offici-

rum Chriſtianorum conſtanti obſervatione
it: tanta eſt hujus officii neceſſitas ut aſſe-
Chriſto, *Lu.* 13. 5. hoc omiſſo, non poſſi-
on perire: *niſi reſipiſcatis, omnes ſimiliter peri-*

Regulas variis hujus officii partibus ritè pe-
lis inſervientes, ſuprà in præparatione ad Cœ-
Domini expoſui, quò lectorem
to, obiter tantùm monendus
officium hoc in præparatione
n ad Cœnam Domini præſtan-
enſeat; cùm enim hoc unicum
tra peccati virus remedium,
repetendum eſt, quoties pec-
petimus; hoc eſt, quotidie. In
s dies pœnitentia agenda eſt, de peccatis diei.
enim Chriſtus de reliquis malis pronunciat,
c etiam verum eſt; *ſufficit diei malum ejus*:
ùnt cujuſlibet diei peccata, quòd peculiarem
entiam poſtulant; quilibet igitur factorum
em quovis die à ſeipſo exigat.

Tempora huic officio fungendo conſtituta.

Quotidie.

Quod autem in rationibus e-
ut qui quotidianas impenſas
um referunt, ſtatum nihilo-
ſummæ toti computandæ
s conſtituunt, nempè ad finem ſeptimanæ
enſis: hoc etiam hîc uſu venire debet, tem-
iquod ſolenniori noſtrî coram Deo, propter
a non tantùm iſtius diei, ſed etiam totius vi-
miliationi, dicare oportet: quod quò frequen-
, eò melius; quò enim ſæpiùs rationes inimus
Deum, & debita contracta computamus, eò
ſiùs de nobis ſentiemus; eóque avidiùs miſe-
iam ſitiemus; quæ duæ præcipuæ ſunt ve-
ipetrandæ conditiones: qui igitur unum ſep-
æ diem huic exercitio dicabit, animæ ſuæ ſaluti

Statis Temporibus.

 opti-

optimè proſpiciet. Siquis autem eo vitæ genere implicetur, quòd per neceſſaria negotia huic operi nequit toties vacare, conetur tamen quantum poteſt ad hanc frequentiam proximè accedere; & ſemper meminerit nunquam in re aliquâ ſeculari tanto cum fructu operam poſſe poni, quanto in hoc exercitio ſpirituali: eſſet igitur rem peſſimè adminiſtrantis, rebus ſecularibus hoc poſthabito ſe addicere.

Die calamitatis. 29. Præter hæc ſtata tempora ſunt & alia, pro re natâ, huic officio tempora aſſignanda; qualia potiſſimùm ſunt calamitatis & luctûs tempora; hæc enim tanquam nuntios eò cœlitus miſſos, ut nos ad hoc officium hortentur, habere convenit; ideóque non eſt prætermittendum officium, ad quod tam ſolenni more vocamur, nè iis accenſeamur qui *parvi faciunt caſtigationem Domini, Heb.* 12. 5.

Inſtanti Morte. 30. Eſt & aliud pœnitentiæ tempus quod pravâ hominum conſuetudine uſque ad reliquorum excluſionem obtinuit; mortis horam intelligo. Fateor tempus hoc eſſe pœnitentiæ repetendæ non incipiendæ idoneum, & extremæ eſt dementiæ hanc eóuſque differre: neque enim gravius dicam; iis hoc eſt animam periculis exponere, quibus nemo ſanus exponeret res minimi pretii. Interrogare enim quempiam velim, qui pœnitentiam ad mortem uſque cenſeat differendam, unde conſtat, Deum illi horam ad hoc opus ſuppeditaturum eſſe? annon punćto temporis tolli quotidie homines cernimus? Quis affirmare auſit idem ſe fatum non manere? Sed ſecundò finge tardiùs adrepere mortem, ſuæque hominem appropinquationis morbo præcurrente admonere, forſan monitus non advertet, ſed vanâ ſpe

Periculum differendæ pœnitentiæ.

vitæ

vitæ ad extremum uſque, quod ægrotis uſu venit, ſe lactabit, & conſequenter mors inopinantem opprimet, lentis licèt paſſibus accedat. At tertiò finge hominem periculi ſui certum factum, unde conſtat ſe penes fore pœnitere? Pœnitentia eſt donum Dei, nec ab arbitrio noſtro pendet. Solet quidem ſæpe Deus, nec immerito, homines gratiam reſpuentes, monitiſque vitæ converſionem & emendationem ſuadentibus obluctante[illegible]deterrere, & duritiei cordis tradere, nec gratia[illegible] contemptam diutiùs offerre. At finge qua[illegible]m ex infinitâ patientiâ, gratiam ſuam per[illegible]e; unde tamen tibi conſtat, quòd per tri[illegible]aginta, imo forſan quinquaginta annos, [illegible]imæ obluctatus es, exuto repentè obluctâ[illegible]i oblatam gratiam amplexurus es? Certum eſt minùs ineſſe hodie difficultatis operi huic, quàm erit in poſterùm.

Seræ pœnitentiæ pericula.

31. Nam primò quò diutiùs nos peccatum ſub jugo tenuit, eò difficilius erit jugum hoc cervicibus excutere. Fateor, ſi pœnitentia nihil aliud eſſet quàm à peccati actibus ceſſatio, huic mortis impendentis hora aptiſſima foret; tunc enim corpore debilitato, ad peccata plurima perpetranda vires non ſuppetunt; ſed ad pœnitentiam plura requiri, ſuprà ſatis evici, nimirum ſincerum peccati odium, & amorem Dei: At probabile non eſt ut qui per totam vitam peccatum amavit, & ſinu excepit, & ex altera parte Deum & virtutem odio habuit, mutatis repente affectibus odio haberet quod amavit peccatum, & virtutem Deúmque quem prius odio habuit, amaret.

Conſuetudo peccati.

32. Secundò, Ægrotus tot undique ut plurimùm *doloribus* la-

Dolores corporis.

creatur, quòd mens concuſſa & diſtracta, operam dare pœnitentiæ, prout res exigit, nequit; hæc autem tanti momenti, tantæque difficultatis opus eſt, quòd omnes animæ facultates, etiam cùm viget, ſibi vendicat.


Simulationis periculum. 33. Expende difficultates quibuſcum tunc temporis luctandum eſt, & dic num ſpes ulla ſit, te tunc illud effecturum eſſe, à quo jam cùm minori opere fieri poteſt, refugis? At tertiò majus adhuc ſupereſt periculum, nè pœnitentia ad quam mors adigit vera non ſit; hîc enim ad pœnitentiam, te inferni tantùm formidine compelli patet: à quâ quanquam pœnitentiam inchoare licet quando ad eam perficiendam tempus ſuppetit, imperfecta tamen & tantùm hoc modo inchoata pœnitentia, ad ſalutem prodeſſe non poteſt. Hujus generis eſſe plerumque pœnitentiam, quæ morte impendente agitur, probabile nimis eſt, quod exhinc patet, quia plurimi qui appropinquante, ut creditum eſt, morte, pœnitere viſi ſunt, reſtitutâ valetudine vitiis non minùs, forſan effuſiùs quàm antea indulſerunt: quod liquidò oſtendit veram in illis mutationem non fuiſſe effectam: ideóque ſi fictâ tantùm pœnitentiâ exſpiraſſent, Deum qui corda ſcrutatur, non fuiſſe ſimulatam pœnitentiam accepturum. Expenſis his omnibus periculis, conſtat in extremum diſcrimen animam eum ſuam adducere, qui conſtituit non niſi imminente morte reſipiſcere. Nec periculo aliquid demit exemplum furis pœnitentis, *Lu.* 23. 43. quanquam hoc freti tot ſine ratione impunitatem ſibi pollicentur. Chriſtum adhuc ille ignorabat, quid ampliùs poſſet quàm revelatum ſtatim amplecti? Nos ab incunabulis noſtris, nobis oblatum, & tantùm non obtruſum rejecimus. At dato nullum eſſe hac in re diſcrimen, debilis ſit ſpes oportet, quæ

uno

uno tantùm exemplo ſuffulciatur, nec alterum ſanè totas Scripturas perlegenti occurret: *Iſraelitæ* (ut legimus) *Mannâ de Cœlo veſcebantur*, at delirare hunc rederemus, qui pari expectato miraculo cùram victûs quotidiani parandi abjiceret. Nec minori tamen cum ratione, huic quàm alteri exemplo inniti licet: Verbis Sapientis concludam, *Eccl.* 12. 1. *Memento Creatoris in diebus juventutis, priuſquam mali dies accedant.*

34. Huic officio Pœnitentiæ meritò adjungendum eſt Jejunium, conjunguntur enim in Sacris literis; apud *Judæos* ſolennis dies expiationis jejunio celebrabatur: quod patebit conferenti, *Lev.* 16. 31. cum *Iſa.* 58. 5. idque Divino ex inſtituto. Et apud Prophetas, cùm ad pœnitentiam & humiliationem, etiam ad Jejunium vocatur populus, *Joël* 2. 12. *Quapropter enim nunc dicit Jehova convertimini ad me ex toto animo veſtro & jejunio, & fletu, & planctu.* Imò tanta cum ratione adjungi humiliationi jejunium videtur, quòd cùm illam ageret, non putabat hoc potuiſſe omitti ſceleſtus *Ahab*, 1 *Reg.* 21. 27. nec Gentiles *Ninevitæ*, *Jon.* 3. 5. Nec ab adventu Chriſti minùs rationi conſentaneum aut gratum eſt, quàm fuit antea, videmus enim hoc ab eo ſupponi tanquam officium interdum peragendum, cùm in eo paragendo oſtentationem fugiendam eſſe admonet, *Mat.* 6. 6. Atque etiam affirmat ritè peractum, non ad hominibus placendum ſed Deo, à Deo compenſatum iri. Hiſce conſonat quod jejunia à Sanctis obſervari paſſim legimus, *Annâ*, *Lu.* 2. 37. *colente Deum cum jejunio & precibus.* Ubi notatu dignum eſt, quòd cultus Dei appellatur, & dignum quod cum precibus conjungatur cenſetur: primitivi quoque Chriſtiani hoc officium frequentiſſimè colebant. Quanquam *autem jejunium* humiliationis tempori

Jejunium.


1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

non
torum
sione.

fruct
nderet,

ries je
dum.

humilia
is tempo
evenit,q
noſtræ a
nium pl
n alioqu
liqui, qu
r vitæ g
at ut hi
huic impe
hujus h
num eni
peditabit.

put alte-
m officio-
m erga
eum.

idolorum
enim cu
n adeò o
uorum m
tos eſſe.
lta Di

maximè proprium ſit, non tamen ad hoc tem
reſtringitur, quin etiam alio tempeſtivè agat
quid extraordinarium à Deo petendum ſit. S
Eſther populi ſui liberationem ab impenden
nicie meditabatur, ipſa cum omnibus *Juda*
ne Jejunium celebrabat, *Eſth.* 4. 16. Et ſi
Paulus & *Barnabas* conſtituti ſunt Apoſtoli,
oni Jejunium ſubjungebatur, *Act.* 13. 3. Quo
nobis expedit, quandocunque extraordinar
conſilio, aut auxilio in rebus ſive ſpiritualib
temporalibus opus eſt, preces nimirum noſ
junio accendere: At tunc præcipuè, cùm hun
onis cauſa aliqua incidit; præterquam enim
fervori accendendo inſervit, qui nunquam
neceſſarius eſt, quàm cùm peccati veniam pe
ultionis etiam vicem obtinet, quæ præcipu
pœnitentiæ habetur, 2 *Cor.*

Ultionis vicem obtinet.

Cùm enim quotidiani cibi
tationem corpori ſubtrahimu
dictæ aliquid nobiſmet ipſis p
priores exceſſus, aut alia, quorum nos conſ
accuſat, peccata infligimus: Quod illius ind
onis quam in ſeipſum concipere peccatorem
quemque oportet, proprium effectum eſt. C
tem adeò ſui indulgens eſt quòd adduci nequ
ab una refectione in caſtigationem errorum al
at, non videtur ob admiſſa peccata ſibi adn
iraſci, & conſequenter indignatione iſtà quan
ſtolus loco citato tanquam pœnitentiæ parte
ſtituit, deſtituitur.

Ultio hæc Deo accepta.

35. Nec dubitandum quin
tiſſima ſit Deo ultio de peccat
pta, non tamen putandum e
aut alio quocunque facto
ſcelera noſtra poſſe expiari, hoc nihil alio

ſanguis efficere poteſt; in hoc ıon operibus noſtris quibuſ- ſpes noſtra veniæ fundatur: utem ſanguinis iſtius bene- no participabit, niſi pœniten- ſtrâ non minus intereſt pœnitentiæ fructus uàm ſi ex his tantùm ſpes noſtra penderet.

At non pro peccatorum expiatione.

Quoties hoc jejunii officium ıdum ſit, Sacræ literæ tacent, pria cujuſque pietas [illegible]nè it, pro valetudinis aut [illegible]rcum- um aliarum neceſſit..te; at ut in humiliati- nit, quò ſæpius ſtata humiliationis tempora t, eò meliùs; hoc idem in jejunio evenit, quò tiùs eò meliùs, modò valetudini noſtræ aut ficiis non obſit; imo forſan jejunium plus is humiliationi ſuppeditet, quàm alioquin e poſſemus. Sunt enim forſan aliqui, quos agno detrimento non patitur vitæ ge- totum diem huic operi vacare; at ut hi il- ıpus quod edendo abſumeretur, huic impen- ıil prohibet: & ſic duplici ratione hujus hu- onem promovebit jejunium, animum enim cium exſtimulabit & tempus ſuppeditabit.

Quoties jejunandum.

De primâ jam parte Officii no- itenus ad Deum refertur diſ- uæ in hoc conſiſtebat, ut eum o noſtro haberemus: Supereſt tera, *i.e.* alium non adſciſcere, in quantùm prohibet craſſam Paganorum Idololatriam, cultum idolorum, ous eſt prolixum eſſe; quanquam enim cul- olim ubique obtinuit, jam tamen adeò ob- , ut non veriſimile ſit, ullos in quorum ma- *er hic perventurus ſit*, huic addictos eſſe. O- *ntùm monere juvat*, quod cultu Divino

Caput alterum officiorum erga Deum.

crea-

creaturam quampiam, ſive Sanctum, ſive Angelum ſive Chriſti ipſius imaginem, proſequi, aperta violatio eſt hujus partis officii noſtri in Deum, cùm ſit id creaturæ tribuere quod Creatori proprium eſt, ideóque ab hoc ſedulò cavendum eſt.

Idolatria interna. 38. Eſt & alia Idololatriæ ſpecies cui omnes paſſim addicti ſumus; i. cùm ferventiori Amoris, Metûs, Fiduciæ affectu in creaturam quàm Deum ferimur, hoc enim nil aliud eſt quàm hanc creaturam in Deum nobis conſtituere; nec minùs hæc interna Idololatria Deo zelotypiam accendit quàm externa illa in cultu Idolorum conſiſtens. Potuiſſem hîc prolixus eſſe, at quoniam multa ad hæc ſpectantia obiter attacta ſunt ſermone præcedente, ſupervacaneum cenſeo, ideóque ad alterum *Officiorum* caput quæ ad Noſmetipſos referuntur progredior.

Dies Dominicus VI.

Officium in Noſmetipſos; de Sobrietate; de Humilitate; de nefaria Superbiæ naturâ; de vana Gloriâ; ejus Periculo, & Stultitiâ, Remediis; de Manſuetudine, &c.

Officium erga noſmetipſos. Sect. 1. HOC Officium erga nos, Sanctus *Paulus* loco ſupra citato ad *Tit.* 2. hoc uno verbo *Sobriè* complexus eſt. Jam per Sobrietatem intelligitur, ut nos intra iſtos limites, quos *Deus* nobis præfixit; contineamus. Hujus igitur

rietatis partes enarrare; idque primò re-
næ, deinde reſpectu corporis. Animæ ſo-
lebitâ paſſionum & affectuum moderati-
it; ad hoc autem plurimæ virtutes requi-
ias ſingulas ordine exponam.
im prima eſt Humilitas,
primatum obtineat, non *Humilitas.*
quòd cæteris præſtet, ſed
d ad reliquas omnes parandas imprimis
Cùm hæc ſit unicum fundamentum, cui
nitantur. Quique eas ſibi poſſe ſine hac
ſperat, hic ſe ſtulti illius ædificatoris, de
ns loquitur, *Lu.* 6. 49. *Qui domum in are-*
errore implicatum, eventu comprobabit.
itate erga Deum ſuprà differui, ejúſque
m oſtendi; ſupereſt ut de humilitate quâ
rtur, quæ priori non minùs neceſſaria ap-
gam.
Humilitas duplex eſt, primò in hoc con-
umiliter de nobis ſentiamus; ſecundò in
c idem alii ſentiant æquo animo feramus.
ior ſuperbiæ opponitur; poſterior vanæ
ramque Chriſtianis neceſſariam eſſe oſten-
ſt. Quod ut arbitror facilè patebit expli-
imò gravitatis hujus peccati, ſecundò pe-
tiò vitiorum huic oppoſitorum.
,Quod ad ſuperbiam atti-
hujus peccati atrocitas, *Superbiæ*
elos è Cœlis deturbavit *peccatum.*
peccatum pœnâ metiamur
antùm primum ſed atrociſſimum pecca-
Diabolus ipſe unquam admiſit: At atro-
s peccati clarius argumentum eſſe nequit,
d ſit Deo maxime inviſum; quod non
hac pœna Dæmoni inflicta, ſed plurimis
ocis apertè conſtat, Pro. 16. 5. *Abomina-*
tioni

tioni eſt Jehovæ omnis altus animo, & cap. 6 rum multarum quas Deus odit mentio fit, recenſentur *oculi elati*; ſic *Ja.* 4. 7. *Deus o perbis*; & plurimi ſunt alii textus qui eó ctant, ut Dei infinitum hujus peccati odiu dant. Quoniam autem Deus qui totus Bo nihil odit niſi quà malum, facilè ſequitur, ſummè malum quicquid ille ſummo odio h

Periculum. Nos pertrahit in alia peccata.

5. Secundò, Superbia no tùm res ſummè mala ſed loſiſſima; primò quòd n rima alia peccata pertrahi quòd pœnis exponit. Prin cata nos pertrahit, in quo humilitatis repugnantia cernitur; ut eni virtutum omnium radix, ita illa eſt vitior enim ſuperbus eſt, ſeipſum ſibi Deum c ideóque nullis ſe legibus niſi quas ipſe tulit, *Improbi*, inquit Pſalmiſta, *in elatione vultu um non inquirunt*, *Pſal.* 10. 4. Ubi vides biâ naſci Numinis contemptum. Et quu que perventum eſt, ita animo comparatus bus, ut nulla non audeat ſcelera: Poſſim proferre in plurimis peccatis particularib ſuperbiâ naſcuntur, quatenus primò ira, ſapiens ſuperbiæ effectum cenſet, *Prov.* 2 ámque *ſuperbam iram* appellat; ſecundo contentio, quas ille iterum ſuperbiæ ſobole *Prov.* 13. 10. *merâ ſuperbiâ vir edit jurgium.* que ſanè ſunt ſuperbiæ germana proles: arroganter de ſeipſo ſentit, multum obſeq ſervantiæ ab aliis exigit, ideóque æſtuat in jurgia prorumpit quoties hæc omitti ab tratur. Infinitum pœne eſſet fructus omn hujus radicis commemorare, unum ſolum jiciam, nimirum quòd ſuperbia nos non t

ıtur. Sin autem Deus ſuperbum ad
perducere lenitate conetur, hic à men-
ſcopo prorſus aberrans, beneficia om-
n Deus dignatur, virtutis ſuæ præmia
, quo animo quamdiu perſtat, non eſt
itentiâ opus eſſe putet: Sin è contrà
o acerbiùs agat, calamitatibus & ſup-
s, hæc in elato animo nil niſi murmu-
Dei pariunt, quaſi ei injuriam inferret
ſpectes remedia ab homine adhibenda,
ſtigando aut hortando conſiſtunt, ac
on eſt, quòd plùs hominis quàm Dei
effecturæ ſint. Qui enim Deum ideò
ſuit, quòd ſe caſtigationibus exercuit,
dem cenſeat de homine. Nec plùs pro-
rtationis, ſuperbus enim monita omnia
& lenitate attemperata tanquam in con-
adhibita rejicit. Ideóque tantum abeſt
ut fateatur aut corrigat, quod monen-

mationem multis non opus eſt, ſi Deum
ſuperbi inimicum, eum odiſſe, eique obſ
liquet ex textu ſuprà citato, conſideremu
dubitari non poteſt quin pœnas ille luitu
tam potens ſe opponit inimicus. At p
generalem hoc concludendi rationem ;
erit textus aliquot citare, qui diſertis ve
huic peccato interminantur, ut *Pro.* 16
*confractionem ſuperbia, & ante lapſum a
ritus*: Prov. 16. 5. *Abominationi eſt Je
altus animo, conjunctis operis non conſequ
nitatem.* Decretum ut videtur immutal
riti ſunt conatus omnes ſuperbum tutar
nim conſequetur impunitatem, quod obſ
num eſt in hiſtoriâ *Nebuchadnezzaris, D*
quanquam regum mundi maximus eſſet,
biam tamen ab hominum cœtu expulſus.
cudes diverſari & paſci coactus eſt. (
ubique exempla, atrociſſimarum pœnai
peccato, etiam in hac vitâ, inflictarum. .
hîc infligerentur, pœnas ſe evaſiſſe nè ex
perbus, cùm acerbiſſimas ſit Deo daturas
futuro. Si enim Deus Angelis non pep
ad inferos detruſit, nemo ſibi impunita
polliceri.

Superbia ſtultitia.

8. Supereſt tertiò, ut p
jus ſtultitiam evincam,
meliùs poſſim, opus erit e
rare de quibus homines ſ
riari, quæ trium generum ſunt, aut quæ a
bona naturæ, bona fortunæ, aut bona gra

Bona Natura.

9. Per bona naturæ, int
mam, vires, ingenium &
de his animo efferri, extr
titiæ eſt. Primò enim a

noſmetipſos formoſos & acutos æſtima-
nil tale ſimus; at major ſtultitia non da-
de iis quæ non poſſidemus ſuperbire.
alio perſpicuè ſatis unuſquiſque cernit,
in ſeipſo nil tale ſuſpiceter, ideóque
ſtultitiam non diſcernit. Nihil igitur con-
gnius quàm ſuperbus, idémque inſipiens,
en eſt qui magnam opinionem de ſui in-
ime imbibit qui non errori hujus obnoxius
rio enim de nobiſmetipſis judicio minimè
n. At ſecundò, dato à veritate opinionem
ongè non abeſſe, quid eſt in his naturæ do-
l juſtam ſuperbiæ cauſam præbeat, cùm
lla ſit quam in creaturâ aliquâ perfectiori
n licet reperire? Quantò ſuperat albedo
bor Roſæ, pulcherrimi oris albedinem &
? Quanta eſt creaturarum multitudo quæ
robore & velocitate longè ſuperant? Sunt
animalia quæ quantùm ſuâ refert pleriſ-
ſapientiùs agunt, quorum ideò exempla
Scripturis nobis proponuntur: Ab omni
ione alienum eſt, animo iis de rebus quæ
beſtiis & plantis communia ſunt, efferri.
ſi harum rerum præſtantia noſtræ de iis
ar eſſet, caduca tamen ſunt & infinitis pe-
aut minuuntur aut corrumpuntur: præ-
m ingenium phreneſis corrumpet; for-
ridiſſimam, vires firmiſſimas imminuet
aut ſaltem ſenectus: de his igitur ſuper-
fragilibus bonis, ſummæ ſtultitiæ eſt; at
que tandem ſint hæ dotes, has nobiſmet
lebemus, nemo jure poteſt credere ſe ali-
uliſſe ad ingenium aut formam, naturæ
i comparandum, ideóque nec de iis gloriari

10. Nec

10. Nec minor eſt ſtultitia d
Bona fortunæ. nis fortunæ, per quæ opes & h
res intelligo, ſuperbire; certiſſi
enim eſt nihil hinc veræ excellentiæ poſſeſſo
accedere: ornatûs aliquid & externæ pompa
licèt conferant, at nullam hæc in homine mut
nem efficiunt. Aſinum licet auri ſarcinâ oner
ſplendidis ornes phaleris, nihilo tamen nobili
beſtiam efficies. Secundò, harum rerum incert
poſſeſſio, inopinantibus nobis ſæpiùs evaneſcunt;
hodie dives eſt, cras fieri poteſt pauper, eòque
minus commiſeratione dignus erit, quò magi
opibus ſuis elatus erat. Tertiò, Diſpenſatorum
tùm jure hæc poſſidemus, ut in Domini noſtri
expendamus; ideòque de rationibus reddendi
tiùs ſolicitos, quàm de acceptis ſuperbos eſſe
teret. Hæc denique perinde ac priora nobiſm
ſis non debentur; ſi juſtè acquiruntur, benedic
divinæ quæ ſola ditat, debentur, *Prov.* 10. 2
injuſtè, non eſt cur de malè partis gloriemur.
his omnibus abunde patet ſuperbiæ hujus, qu
cundam velut ſpeciem conſtituit, ſtultitia.

11. Tertiò ſuperbia ex
Bona gratiæ. Gratiæ, *i. e.* virtute aliquâ quâ
præditus eſt, naſcitur: hîc n
non audeo, quin res ſint maximi pretii & m
univerſò præponendæ, at nihilominus de his e
multò major eſt inſania quàm de reliquis; ne
tantùm quòd hæc bona nobiſmetipſis non debe
cùm gratia præ reliquis omnibus immediatè d
Dei ſit in nobis operantis, ſed ideò præſertim
ſuperbia de gratia conceptâ gratia certiſſimè ar
tur; Deus qui gratiam in humiles confert, ha
perbis auferet. Si enim, ut videre eſt in Para
Matth. 25. 28. Talentum ei qui in fœnus no
cavit ablatum eſt, deſperandum eſt quod illi poſ

abuntur ad remunerationem. Unde evincitur mum eſſe ſtultitiæ genus de gratia ſuperbire; um hoc eſt ſtultitiam imitari, qui ea quibus ùs oblectantur dilacerant: imò noſtrâ ſupeorum ſtultitia; nec enim nos ſolùm rem (cucium capere non poſſumus) amittimus, ſed miſſionis æternas pœnas daturi ſumus, nihil ſt de quo tam rigidè ratio exigetur, quàm tiæ abuſu in mundo futuro. Et ſanè major eſſe nequit quàm ut in finem ei cui deſtinata eò repugnantem perverteretur: datur enim humiles efficeret non ſuperbos, ut Deum us extolleremus non noſmetipſos.

Humilitatis media.

Ex his quæ de hoc peccato unt, patet ut opinor neceſſagiendum eſſe: in quem finem erit ea quæ de hoc jamjam unt expendere, ídque tam ſerio ut non levem

dibus efferendi. Si comparationem inire v
ineas cum ſapientibus & piis: ſenties te a
perfectione tantum deficere, quòd hoc pl
conferet ad opinionem tuam de te retun
Denique precibus enixè petas, ut hujus pec
dus minimos exſtirpare Deus dignaretur,
numerum & naturam *pauperum ſpiritu*, *M*
quibus cœli beatitudo promittitur, transfer

Vana gloria peccatum. 13. Alterum vitium h
oppoſitum dixi eſſe vanam
quæ nihil aliud eſt quàm v
laudis hominum ſitis. Ac pr
eſſe peccatum non opus eſt alio argumen
verbis Servatoris evincere, *Johan.* 5. 44.
*vos poteſtis credere qui in gloriam alii ab ali
tis?* unde liquet, non tantùm eſſe peccatum
eam vim habere, quod homines reddat ad
dum ineptos, quod ſanè perinde eſt, ac C
cordis hoſpitio arcere & ex

Periculum. Unde etiam ſecundò peccat
lum patet. Si enim is pecca
effectus ſit quòd Chriſtum cordibus noſtri
dat, certum eſt multum hinc periculi nobi
dere, quoniam ſalus omnis & ſpes unica i
turam fugiendi, in hoc reponitur, ut Chr
dibus noſtris excipiatur. Nec ſola Textûs
thoritate nitor, experientia docet, quòd u
peccatum hoc invaluit, ibi periculum eſſe
liqua omnia homines ſe præcipitent. Quiſq
tanti facit laudes hominum ut nullo mod
rere poſſit, quandocunque ſcelera atrociſſi
nent, & plurimi fiunt, hæc admittere non
potius quàm opprobrium ferre tanquam
& ſingularitati ſtudentem. Plurimæ ſunt
conſcientiæ quæ huic veritati teſtimonium
re poſſunt, ideóq; pluribus opus non eſt a
dum hujus peccati periculum.

mus, non recederet, fieri non poſſet,
ad fores noſtras concidentes, ope no
jacerent, cùm ad ea quæ nobis ex re
dundant, jus melius illi quàm nos ipſi, l
aliud hoc eſt quàm apertum furtum, ill
riam & libidinem effundere & conſ
pauperum egeſtatibus ſublevandis deb

32. Oblatà ullâ

ſua, *i. e.* bona iſta quæ tam malâ fide adminiſtravit, ei adimantur. Quod ut in reliquorum bonorum omnium, ſic divitiarum præcipuè mala adminiſtratione cernere licet; has illis qui pauperum parte ſuâ fraudant auferri, paſſim exempla docent. Quàm miris modis & ratione prorſus incognitâ ad paupertatem ſæpe redigitur rapax & avarus? nec mirum, quoniam ut acervum iſtum, quem Deo non conſecravit, partem aliquam in uſum pauperum ſuorum membrorum erogando, benedictio divina conſervaret aut augeret, nullo jure ſperari poteſt; ideóque *Iſraelitæ*, priuſquam benedictionem divinam ex promiſſo, *Deut*. 26. 15. expreſſam, *Proſpice ex habitaculo ſanctitatis tuæ è cœlis, & benedic populo tuo Iſraeli, &c.* ſibi jure vendicare poſſent, decimas pauperi debitas ſolvere jubebantur, *ver*. 12. nec aliter ad benedictionem iſtam jus ullum habuerunt: *Plus quàm æquum eſt detinere*, ut ait *Solomon*, *Prov.* 11. 24. *ad paupertatem tendit*: ſi vis igitur tibi ipſi conſulere, & frugi eſſe in re tuâ adminiſtrandâ, fac hoc juſtitiæ munus erga pauperes & egenos pro virili exſequaris.

Officia ex relationibus quibuſdam orta.

33. Tertius fons officiorum eſt mutua quædam inter homines aliquos Relatio: (detur voci venia) harum Relationum varia genera ſunt diverſis fundamentis innixa, quibus varia officia reſpondent. Primò datur quædam inter debitorem & creditorem relatio; hîc debitoris eſt, ſi ſit ſolvendo, debitum ſolvere, ſive pacto, mutuò accepto, ſeu promiſſo contractum; & vice verſâ creditoris eſt, ſi debitor non ſit ſolvendo, benignè & Christianè cum illo agere, nec ultra quòd poſſit exigere: Sed his diutiùs immorari nolo, cùm de hujus officii natura ſatis ſuprà, ubi peccati in debitorum detentione ſiti atrocitas oſtenſa eſt, diſſerui.

34. Da-

eundẽ, Preces Deo pro benefactore c
Deus beneficium hoc compenſare dign
ſincerum conamen beneficium ſi qu
occaſio ſuppetant, mutuis beneficiis c
Officium hoc gratitudinis benefacto
apud omnes non tantùm moratiores h
barbaros & planè incultos in confeſſo
humanam pene naturam exuiſſe videat
officium præſtare recuſat; *Publicani &*
Servator noſter obſervavit, *mutuis ben*
ficientes ſibi cedunt.

35. At quotuſquiſ
hoc officio non rete
uſitatum eſt, non ta
ficia non compenſar
eorum loco injurias

Ab hoc officio ple-rumque nihilominus receditur.

Quod in beneficiorum omni genere vid
in actione magis quàm in conſilio & corre
tamen beneficiorum omnium pretioſi

[illegible]r eorum emendationem monenti nullus
ſit : mira quidem hæc dementia eſt, pe-
æger in ora medici iratus involaret,quaſi
brio afficeret quod ægrum cenſeret : me-
: cum Sapiente pronuntiemus,*Prov.* 12. 1.
eprehenſionem, *brutus eſt*. Infelicior indo-
quit, hominem enim in peccatis ſuis ob-
t circum peccata ejus ageres & valla ex-
nemini aditus ullus pateat, quo ea ex-
ujus conſequens eſt ſi *Solomoni* fidem ha-
uòd vir talis certò tandem periturus ſit :
æpius correptus obdurat cervicem, *repente*
ur, *ita ut non ſit curatio*, *Prov.* 29. 1. Si
terâ parte admonentem reſpicis,major in
ſſem dicere ſævitia, dari nequit : hic e-
niſeratione & benevolentiâ commotus ac-
te periculo eripiat, & hujus gratiâ difficile
enim correptionem, impatientia quæ eam
nt homines,reddidit) aggreditur ; quanta
pei ſuæ fruſtratio eſt? quàm vera doloris
uòd te tantùm abeſſe cernat à peccato pri-
ndando, ut in novum præceps feraris,
i ſine causâ iraſcaris. Peſſima hæc eſt & ut
ſitatiſſima ingratitudinis erga benefactores
& per conſequens in hâc procul ab officio
lationibus hujuſmodi debetur, receditur.
ſan Relationes remotiores eſſe cenſeantur,
m & his officia iſta omnia quæ explicui de-
Pergam igitur ad eas Relationes quas om-
ias & conjunctiſſimas eſſe agnoſcunt.

Dies Dominicus XIV.

De Officio debito Magiſtratibus, Paſtoribus, 8 *Officio Parentum erga Liberos,* &c. *Et Lib erga Parentes,* &c.

Sect. 1. *Officia debita Parentibus.* RElationum pro orum proxima ſenda eſt quæ tum eſt: quor ria genera, quoniam ex his officiorum nat tenda eſt, conſiderare neceſſe erit; Parent tem tria genera ſunt, ſunt enim Parentes au les, aut Spirituales, aut Naturales.

2. *Supremo Magiſtratui.* Civilis parens is eſt que ſupremum Magiſtratum con qui jure optimo ſummâ ren Gente aliquâ potitur. Hic o ſub ditione ſuâ degentium communis Pa Primum huic officium debitum Honos eſt *Honos.* verentia; eum ſuſpicere debemus ta cui Deus multum ex propriâ pote jurisdictione impertivit; quapropt mo eum honore & reverentiâ colentes, nè a ſub quocunque prætextu, *principi populi noſt dicere, Act.* 23. 5.

3. *Tributum.* Secundò Tributum pend hoc diſertis verbis ab Apoſtol tur, *Ro.* 13. 6. *Propter hoc eni tributa ſolvito, ſiquidem miniſtri ſunt Dei in ho incumbentes.* Hos Deus tanquam communis tis Miniſtros conſtituit; ideóque ab iis quib

ure alendi & tuendi ſunt, revera ſi perpen-
s quot curis & moleſtiis munus iſtud ſupre-
crucietur, quot ſpinis quævis corona intexa-
non eſt quòd iis hæc debita invideamus; verè
affirmare licet non eſſe inter pauperes ſuos
tos operarium, qui tantâ cum moleſtiâ victum
tur.

Pro illis intercedendum eſt: Hoc eti-
liſertè ab Apoſtolo jubetur, 1 *Tim.* 2. 2. *Preces,*
es fiant pro Regibus & quibuſvis in e-
ntiâ conſtitutis: tam gravia ſunt muneris hujus
tia, tantis hi periculis & tot caſibus obnoxii
, ut iis imprimis opus ſit precibus noſtris
conſilio, auxilio, & benedictione divinâ adju-
tur; & quidem preces pro iis effuſæ in ſinus
tros benedictionibus onuſtæ revertenter, quæ
m bona à Deo impetrant ad commune populi
nmodum conducunt, ut *vitam agant tranquillam*
pacatam, quod verſûs ſuprà citati ultima verba
nunt.

Obedientia etiam iis præſtanda;
ſtrictè jubetur ab Apoſtolo, 1 *Pet.* *Obedientia.*
13. *Subjecti eſtote cuivis humanæ or-*
dinationi propter Dominum, ſive Regi ut ſuperemi-
ti: ſive præſidibus, ut qui ab eo mittuntur. Ea
m eſt obedientia quæ ſupremo Magiſtratui de-
tur, quod quibuſvis autoritate ſuâ munitis etiam
re debemus: quod etiam Sanctus *Paulus* per-
tuè ſatis docuit; *Rom.* 13. 1. *Omnis anima poteſta-*
ts ſupereminentibus ſubjecta eſto: & *ver.* 2. *Quiſ-*
s obſiſtit poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit. Notatu
que dignum eſt hæc præcepta tunc temporis da-
uiſſe, cùm ſupremæ poteſtates Ethnicæ fuere, &
ſtiſſimi Religionis Chriſtianæ hoſtes: quo aper-
evincitur obedientiæ obligationem non to-
nticunque impietate Magiſtratûs: Obedien-

aut Activa aut ſaltem Paſſiva ſine tergiverſatione præſtanda eſt; Activa in mundatis omnibus licitis, *i. e.* ſi quid Magiſtratus jubet præcepto ulli Divino non repugnans, mandatis ejus parere, & quæ jubet agere debemus; ſiquid autem præcepto alicui Divino contrarium præcipit, Activam hanc obedientiam præceptis ejus præſtare non licet; licet imò decet obſequium detractare, *Deo potius quam homini parendum eſt*: At hîc etiam repugnantiam præcepti Dei & Magiſtratûs apertam & perſpicuam eſſe oportet, nec enim contumaciæ noſtræ Conſcientiam aut Religionem obtendere licet; hîc Paſſivæ obedientiæ locus eſt, æquo animo ferendum eſt ſupplicium quicquid imperium ejus detrectantibus ſuprema poteſtas infligat, nec impunitas nobis perduellione quærenda: *Quis enim immiſſâ manu ſuâ in unctum Jehovæ inſons erit?* ut *David* dixit *Abiſhaio*, 1 *Sam.* 26. 9. idque eo tempore quo eum *Saül* infeſto animo inſequeretur, imò quo ſe Regno ſucceſſurum eſſe ei optimì cum ratione perſuaſum erat: ſevera quidem eſt Sancti *Pauli* in perduellionem lata ſententia, *Rom.* 13. 2. *Qui autem obſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem auferent*: hæc ſanè verba animos non addunt arma contra principem ſuum legitimum moventibus: quanquam enim is eſſet amorum ſucceſſus ut impunitatem hîc aſſequerentur, eſt tamen Rex regum contra quem nullis ſe poſſunt viribus defendere; damnationem itaque (heu triſtum rerum exitum!) victoriarum omnium prœmium ferent. Ex alterâ parte de officio Magiſtratûs erga populum diſſerere hîc ſupervacaneum foret, cùm hoc tractatu indigere iſtius ordinis homines non videntur, nec populi ſanè intereſt in officium Magiſtratûs diligentiùs inquirere, (quod tamen pleríque meliùs quàm ſuum callent) hoc unum ut ſciant ſufficit, ſcilicet, Magiſtratum officii

ſui

lecunque demum id ſit,& quomodocunque
tus ſit, uni Deo rationem reddere teneri,
ditorum inobedientiam poſſe officii viola-
parte Magiſtratûs excuſari aut defendi.
cundum genus parentum,
ſpirituales vocantur; *i. e.* *Officia noſtrum*
ivini Miniſtri,ſivePræſules *erga Paſtores.*
ſii, ſive inferiores ſint; qui
nimabus noſtris officia præſtant,quæ paren-
rales corporibus noſtris: Sic Sanctus *Paulus*
. 11. ait *ſe in Chriſto Jeſu per Evangelium*
orinthos alloquens) *genuiſſe*: & Galatas al-
ait, *ſe illos iterum parturire, uſquequo for-*
briſtus in iis, Gal. 4. 19. & 1 *Cor* 3. 2. *Lactis*
potu vos alui, ejuſmodi præcepta innuens
ui iſti infantili optimè conveniebant: Nec
li *cibus ſolidus quo paſcerentur adulti, Heb.*
Hæc omnia ſunt parentum officia, quæ qui
æſtant,parentum loco meritò habendi ſunt.
fficium noſtrum erga hos comple-
primò, amorem: eo illos amore *Amor.*
ti decet, quem qui in nos maxima
a conferunt merentur: quod Sanctus *Pau-*
eſſ. 5. 13. monet, *Rogamus autem vos fra-*
agnoſcatis eos qui laborant inter vos, & præ-
is in Domino, & admonent vos, & eos ſupra
charos ducatis propter opus ipſorum. Ea eſt
eorum natura quæ merito amorem noſtrum
t, utpote qui ad commodum noſtrum maxi-
ducat.
cundò Honorem & Reverentiam,
oco ſuprà citato patet: quod ſanè *Honos.*
pſa dictabit, ſi vel ad operis natu-
el functionis autorem animum attendimus:
pſum, rerum circa quas verſatur naturâ, o-
nia ſuperat; ſolemus autem artium omni-

um & profeſſionum ;dignitatem & præſtantiam ex rebus in quibus verſantur metiri : At equidem merx nulla eſt, quæ animas pretio æquat ; hæ tamen eorum merces ſunt, in hoc uno verſantur, nempe pretioſas animas perditioni eripiendo : porrò ſi conſideremus quis eſt qui huic eos operi præfecit, hoc majorem eis reverentiam conciliabit:*hi enim in nomine Chriſti legatione funguntur*, 2 *Cor.* 5. 2. Legatis autem is honos debetur, qui eos delegantium dignitati reſpondeat ; unde eſt quod Chriſtus diſcipulis ſuis dixit, cùm eos ad Evangelium prædicandum miſit, *Qui vos aſpernatur me aſpernatur, qui verò me aſpernatur, aſpernatur eum qui miſit me*, *Lu.* 10.16. Videtur Miniſtrorum contemptione gravius includi ſcelus quàm quod vulgò cenſetur, nimirum Dei Chriſtique contumeliam : hoc animadvertunt oportet, qui pro ludo jocóque habent Miniſtros irridere & contumeliis laceſſere : Hoc etiam animadvertant, qui nullà legitimà vocatione muniti, audent tamen Officii hujus munera obire, quæ eadem arrogantia eſt, ac ſi quis ex ſuopte ingenio Legati perſonam aſſumeret ; Apoſtolus de Sacerdotibus Legalibus qui tamen Evangelicis inferiores ſunt loquens, *Neque ſibi ipſi quiſquam* (inquit) *ſumit hunc honorem ſed qui vocatur à Deo ſicut Aaron*, *Heb.* 5. 4. Quis itaque non vocatus hunc ſibi honorem aſſumere audebit? Nec ſufficit huic arrogantiæ internam ſpiritûs vocationem prætendere ;cùm enim Deus ordinem virorum in Eccleſiâ ſuà inſtituit,qui alios ſacris initiare debent, quiſquis munus Sacerdotale hàc Autoritate non vocatus invadit, inſtitutioni divinæ obſiſtit, & *furibus & latronibus* (ut verbis utar Servatoris) adnumerandus eſt, *qui per oſtium non ingrediuntur*, *Jo.* 10. Adde quòd qui internam hanc vocationem inſolentiùs ſibi arrogant, alio plerumque ſpiritu quàm divino vocantur, quod

nujus experientia evincit; doctrinas enim effutiunt, cum Verbo Divino veræ doctriamento & regulâ, rectâ fronte pugnant: r ſeductores iſtos & Pſeudoprophetas, à quiere toties in Epiſtolis Apoſtolicis admoneenſere debemus; horum fautores & ſectacatum participant. *Jeroboamo* tanquam acatum in hiſtoriâ ſacrâ imputatur, quod tes ex infimâ plebe conſecravit, *i. e.* ex iis tione divinâ nullum ad Sacerdotium jus ha-; quiſquis autem concionatoribus hiſce non uſcultat, in hoc ipſum crimen incidit; niſi ditores animos his darent, in inſtituto non nt; qui igitur eos hoc modo animant & int, magno ſe reatu implicant, nimirum s Paſtores aſpernandi & falſos iſtos Apoſtopponendi: huic peccato hæc ætas heu! dita eſt; utinam Deus ex immensâ miſerios tempeſtivè expergefaciat, amentiæ con-& obicem ponat inundanti hinc indies im-confuſioni.

rtiò, Victum, ſeu vitæ neceſſalia, de quo quoniam in priore jus libri dictum eſt, nihil hîc re- *Victum.*

uartò, obedientiam: *Obedi-*it Apoſtolus, *ductoribus ve-obſecundate, excubant enim nimabus veſtris*, *Heb.* 13. 17. Hæc obedi- *Obedientiam.* in rebus ſpiritualibus præſtanda eſt: *i. e.* s omnibus, quæ illi ex verbo divino petita, præcepta oſtendent, nos diligenter parere moresnon hoc eos exigere ſed Deum; ſeillud Chriſti, *Qui vos audit, me audit*, *Lu. Nec refert ſive hoc* publicis in concionibus, *tis monitis* nos doceant, in utriſque enim

 modo

modò à regulâ, *i. e.* verbo divino non recedant, *Angeli Jehovæ exercituum ſunt*, *Mal.* 2. 7. Nos ad hanc obedientiam hortatur Apoſtolus duobus argumentis, uno ex natura Miniſterii, altero ex utilitate noſtra deſumpto; *Excubant*, inquit, *pro animabus veſtris, tanquam rationem reddituri; ut cum gaudio hoc faciant & non ſuſpirantes*: Populi eſt obedientiâ ſuâ efficere, ut Paſtores ſui reddant rationem animarum ſuarum cum gaudio: curarum ſuarum & vigiliarum ingratam mercedem rependitis ſi infælici eos ſucceſſu contriſtatis. At ſecundo populi etiam hoc plurimum intereſt: illi fateor Paſtoribus moleſtiam exhibeant, irritos reddendo eorum labores ſuâ inobedientiâ, at parum hinc ipſi fructus percipient; *Hoc* (inquit Apoſtolus, *Heb.* 13. 17.) *eſt vobis inutile.* Vos tandem peccatum hoc luetis; amittitis enim præclara iſta munera quæ tanquam obedientiæ præmia proponuntur: nihil autem lucri facitis, niſi pro lucro habetis & ſcelus & ſupplicium augere: hoc eſt quod *Phariſæis* dixit Servator noſter, *ſi non veniſſem & locutus eſſem eis, peccatum non haberent*, *Jo.* 15. 23. *i. e.* præ eo in quod poſtea incurrebant: pari ritu & illi innocentiores habendi qui Evangelium non audiverunt, quàm qui auditum oppugnârunt. Quòd autem ad pœnas attinet, quod Chriſtus iis quibus Evangelium prædicaverat, denuntiavit, nempe *Tyro & Sidoni* (civitatibus Ethnicis) *tolerabiliorem fore conditionem in die judicii quam ſuam*, hoc idem proculdubiò de nobiſmetipſis affirmare poſſumus.

Preces. 11. Denique, Preces ſeu Interceſſiones pro iis; quod Sanctus *Paulus* à ſpiritualibus ſuis filiis ubique exigit: Sic *Eph.* 6. 18, 19. poſtquam pro ſanctis omnibus juſſerat intercedere, addit, *& pro me, ut mihi detur ſermo ad apertionem oris mei cum libertate, ut notum faciam myſte-*

vangelii: & ſic etiam *Col.* 4. 3. Quod hodie officium ſpiritualibus noſtris patribus debe-ea iis divini ſpiritûs auxilia impetremus, qui-juti tam ſacrâ vocatione optimè fungantur. am hoc in loco paſtorum erga populum offi idem ratione quâ ſuprà ductus Magiſtratûs officium omiſi.

Tertium genus parentum turales, *patres carnis no-* t eos Apoſtolus appellat, 2. 9. quibus varia officia de-ut primò Honorem & Re-am; nos erga eos ſummâ imi demiſſione & omni obſervantiâ geramus t, nec licet ſub quovis prætextu erroris aut tatis in iis, eos irridere aut contemnere, ſive terno aliquo indicio notum faciamus, ſive celemus: ſi quâ revera labe aut defectu de-itur, noſtri eſt hæc tegere & celare; ut *Shem* *et* qui nuditatem patris quam evulgavit & meruit exſecrationibus devotus *Cham*, texe-*Gen.* 9. 13. idque eo modo quod nec ipſi eam antur; quantum in nobis eſt, oculos à nudi-arentum quæ nos de iis contemptim ſentire avertere oportet: quantum huic adverſantur plurium liberorum qui non tantùm irrident palant parentum defectus, ſed eos etiam iis unt quorum reverâ expertes ſunt? ea eſt ple-ne juvenum arrogantia & temeritas quòd con-monitis ſeniorum ſe ſubjicere gravantur, ide-eos proteſent, monita iſta deſipientum ſenum menta haberi volunt, quæ reverà ſobrietatis & ientiæ fructus ſunt: hos oportet *Solomonis* hortari, *Prov.* 23. 22. *Auſculta patri tuo qui te, nec contemnas, quum ſenuerit, matrem tuam*: ui alii textus ſunt in iſto libro huc facien-

Officia Parentibus naturalibus debita.

Reverentia.

res qui oſtendunt hominum Sapientiſſimum neceſſarium duxiſſe, ut liberi parentum conſiliis auſcultarent; at noſtri ſæculi juvenes ſapientiæ nomen contrariâ prorſus ratione affectant, ſeque ingenioſos & acres haberi volunt, quoniam eò uſque promoverunt, ut conſilia contemnant, ipſáſque parentum perſonas irrideant; tales ſi monitis parere nolunt, ſaltem minarum Sapientis reminiſcantur, *Prov.* 30. 17. *Oculum qui ſubſannat patrem aut ſpernit obedientiam matris, hunc effodient corvi vallis, aut comedent eum juvenes aquilæ.*

Amor. 13. Secundum officium quod eis debemus, amor eſt: eos verò amore complecti decet, qui efficiet, ut iis fauſta omnia precemur, & ab iis inquietandis aut contriſtandis abhorreamus. Hoc communis gratitudo poſtulat, ſi recordemur eos nos non tantùm generâſſe, ſed etiam poſtea ſuſtentâſſe & aluiſſe: & quidem qui curas & metus quibus parentes in liberis educandis agitantur perpendet, hæc omnia liberorum amore non niſi modicè compenſari arbitrabitur. Amorem hunc variis modis exprimere decet, primò moribus & conversatione benevolentiam teſtando, nos gerentes non tantùm cum reverentiâ & honore, ſed etiam cum animi propenſione & affectu, ea prompto & alacri animo egentes quæ eis pergrata & jucunda novimus, eáque omnia vitantes quæ eos contriſtatura & afflictura ſunt. Secundò amor hic ſignificandus intercedendo pro illis: tot tantiſque parentes cumulârunt liberos ſuos beneficiis, ut hi ex ſe ipſis ſolvendo non ſint, implorare igitur divinum Auxilium oportet, Deúmque orare ut beneficia parentum ſuorum compenſare dignetur benedictionum ſuarum cumulo. Qui digitur de iſtis liberis ſtatuendum eſt qui tantum abeſt ut Cœlorum benedictiones implorent in parentes, ut inferant

rimentur ut exſecrationes inveniant, diriſque atrociſſimis parentes ſuos inſectantur: quæ res adeò nefanda eſt, ut ab hâc aliquem argumentis dehortari ſupervacaneum videatur; facilè enim adduci poſſem ut crederem neminem tam profligatis eſſe moribus ut tantum ſcelus auderet, niſi me moveret Dei qui corda ſcrutatur autoritas; hic tales dari poſſe cenſuit, ideóque iis ſuppliciorum graviſſimum conſtituit, *Qui maledicit patri ſuo, aut matri ſuæ, omnino morte plectitor*, *Exo.* 21. 17. Et proh dolor! experientia non tantùm poſſibile, ſed etiam frequens eſſe ſcelus hoc, exſecrationes palam eloquendi teſtatur; quàm vereor tamen nè ſcelus aliud hoc frequentius ſit, nempe imprecationes intra animum concipiendi, quanquam aut metus aut pudor linguam coerceat ne foras erumpant: quot ſunt liberi qui vel præ impatientiâ regiminis paterni, vel præ cupiditate patrimonii, mortem parentibus ſuis exoptant? Quod qui facit reminiſci oportet, quòd qualemcunque licèt publici obſequii præ ſe ſpeciem ferat, eſſe tamen Deum qui arcanos animi motus animadvertit, à quo pro ſcelerato iſto qui parentibus ſuis maledicit habetur: poſtea etiam reminiſci oportet Deo competere non tantùm videndi ſed etiam puniendi poteſtatem, ideóque non eſſe improbabile, quin ſententiam quam in hoc ſcelus tulit ipſe exſequatur, & ſceleratum morte plectat; & qui parentibus ſuis mortem optârunt, ipſi immaturam mortem obeant: Quintum præceptum *dierum prolongationem parentes honorantibus* præmium pollicetur, cui optimè conſonat ut vitium huic oppoſitum morte immaturâ plectatur; nec res ulla eſt officio iſti directè magis oppoſita, quàm hoc de quo jam loquimur ſcelus liberorum maledicere parentibus.

14. Tertium officium parentibus no- *Obedientia*
s *debitum eſt Obedientia*, quæ non

tan

cepta eorum præceptis Dei repugnan
officium quod Deo, ei quod parentibus
ponendum eſt: ſi quis itaque paren
pietatis devenerit, ut filio ſuo præc
mentiri, aut nefas aliquod perpetrare
officio non recedit parentis imperium
imo detrectet neceſſe eſt niſi velit ſa
officium & ſuperius, nimirum quod I
leſti debet, violare. Cùm autem res e
data patris conficere filius recuſet, eâ
deſtia & reverentia utatur, quæ facil
ſcientiâ non contumaciâ ductum ob
gâſſe. In rebus autem omnibus licitis,
quid præcipitur aut bonum, aut ſalten
nihil in ſe continens officio noſtro e
pugnans, hîc filius parentis præcepto p
ſive præceptum ſit de re gravi aut levi
faciant ubique hoc officium liberi, ſa
rentes enim plerique filios ſuos in o

os ſuos hodie uterentur parentes, ſe ſta-
ficerent.

ter omnes inobedientiæ us eſt qui pejus audit s parentibus matrimoni- ere. Liberi ſunt eò uſque ſſeſſio parentum, ut ne- que furti cujuſdam reatu, ſe aliis donare, os jus habent non conſentientibus: ideó- e, votum quo ſe virga aliqua obligavit habebatur, ſi id parens infringi voluit, . Jus parentum (ut videtur) ſatis erat ad & irritam faciendam obligationem voti, votis iſtis nuncupandis, quibus jus hoc etrahere nos hæc conſideratio debet.

Præcipuè in nuptiis contrahendis.

rtum erga Parentes offi- in egeſtate qualicunque ſive & ægritudine corporis, ſive te intellectûs, ſive in pauper- nilitate conditionis laboran- m ferre & miniſtrare: horum aliquo af- entibus ſubvenire filios pro facultatibus Quod ad duo priora attinet, ſcilicet infir- orporis & ingenii deficientiam; nemo du- his laborantibus parentibus ſubvenire li- officii ſit, qui conſiderabit parentes olim munus liberis ſuis præſtitiſſe; deerant vi- ſe ſuffulcirent liberi; deerat qui ſe re- dentia; harum vicem ſupplebant paren- ue gratitudo poſtulat, ut liberi parentibus morbo, aut alio aliquo accidente fatiſcen- eadem officia invicem præſtent. Quod ad em ſublevandam attinet, ratio eadem cc- tiam parentibus ſuccurramus; æquum e- *eos alamus, qui nos olim aluerunt:* præ- *tus ipſe docet,* hoc etiam ſub Præcepto,

Egeſtatibus ſuis miniſtrando.

pe-

textu citato oſtenditur ; imò ejuſmodi
à cujus vinculo, nullo prætextu poſſ
aut liberari: quânam igitur ſe ration
defendent, qui exceſſu & luxu ſuo, *i. e*
catis ſuis carere nolunt, ut eorum qui
debent neceſſitatibus ſubveniant?
(quod pejus audit) aliqui, quos ſuperbiâ
det parentes ſi pauperes, pro ſuis agnoſc
accidit, quòd dignitate & opibus aucti fi
ſuos humili ſtatu poſitos reſpicere dedi
probrium ſibi fieri ducentes ſi nataliu
hâc parentum agnitione palam fieret: ad
ri parenti officiat proſperitas filii: ſup
& indolem ab humanitate prorſus alien
bitandum eſt quin Deus acerrimâ vind
Si enim *Solomon* de ſuperbiâ ſolâ obſ
ante confractionem ſuperbia, & ante la
ſpiritus, Prov. 16. 18. majori ſanè cum
pronuntiemus de ſuperbiâ cum inhum

enim gratitudo fortiùs excitet animos
it parentis amantiſſimi affectus mutuis
enſent; non tamen hoc ſolo, imò nec
iùm fundamento nititur officium no-
mandato Dei nititur, qui præcepit
arentes coleremus. Quanquam igitur
am humanam eò uſq; exueret, ut ni-
faceret, quo ſibi filii animam devinciret,
ı vix fingi poteſt) præcepti tamen Di-
ligatio irrita non ſit, cujus conſcientiâ,
non gratitudine devinctos officium hoc
os æquum eſt.

à Liberis Parenti-
, ſic etiam officia
iæ Parentes Liberis
per totum ætatis
, & in quovis vitæ ſtatu.

Officium Parentum erga Liberos ſuos.

Liberos nutriendi &
cura Parentibus in-
d ab ipſo ortu incipit

Eos nutrire.

è officium parentis, donec liberi ſibi pro-
ant: officium hoc ipſa natura docet, feræ
n curæ & benevolentiæ teſtantur in prole
là, quod non minima parentum exprobra-
huic officio naturæ tam conſono deſunt.
iæſtionem iſtam diſcutere, An Mater
imum infanti nutrimentum præbere
lo, quoniam aliquid univerſaliter verum
e impoſſibile eſt, cùm plurimæ dari poſ-
ſtantiæ, quæ rei naturam mutent, nec
iceat matri, ſed etiam ut ipſa debeat in-
lactare, efficiant. Hòc tantùm affirmare
d niſi ægritudo, infirmitas aut tale quid
imum fuerit, ut mater ipſa hoc officium
lurima enim hinc infanti commoda ob-
æ eò uſque conſiderare probam matrem
de-

decebit, ut præ deſidiâ ſuâ, aut f
aliquâ ratione hæc non contemn
tionem defendere hæc nequeunt,
illicita.

Ad Baptiſmum afferre. At præter prima
corpus ſpectantem
mam ſpectans, qu
ſuſcipi debet, *i. e.*
tum Baptiſmi afferantur, quò ju
pretioſa iſta beneficia, quæ in Sac
feruntur: officium hoc procraſtina
licet; rationi enim conſentaneum
labem in miſerum infantem tradu
eluendam omnem operam & in
conferant. Præterea vita tam te
aliud quàm flatus eſt, qui mome
quanquam de miſericordiâ divinâ
ſeratione dignos deſperandum non
non vacant parentes, quorum. n
Baptiſmo deſtituuntur.

Educare. 19. Secundò Parentun
educandorum curam ſu
eſt ut *Solomon* loquitur.
re in viâ quâ incedere oportet, Pro
primùm igitur Liberi rationis pa
ſtruendi ſunt, primò iis in rebus q
ternam ſalutem ſpectant paulatim
di ſunt quæ Deus eis præcepit ag
quàm præclara prœmia officio ſuo
os præparavit, & acerba æternáque
officii neglectum aut tranſgreſſione
teneris mentibus quàm primum fier
debent, quæ (tanquam teſtæ recent
ſervabunt, quo primùm imbuuntur.
tur refert, ut parentes curent, eo
primùm Virtute & Religione imbu

eſt præſto adeſſe Diabolum, ut eos princi-
ſitis imbuat; in hoc ille totis viribus in-
ut vitia & impietatem illis inſtillet ab ip-
abulis; cûmque major ad malum quàm bo-
openſio naturâ nobis inſita ſit, induſtria &
ia opus eſt, ut conatus animarum hoſtis fru-
, quod aliâ ratione effici nequit, niſi eorum
is bona principia inſerendo, nempe amorem
& odium vitii; ut tentatione impetum in
ntes paratos & armatos inveniant: hoc ſanè
s imprimis à parentibus curandum, hujuſq;
manis ſævitia cenſendæ eſt. Parentes iſtos
inhumanos habemus, qui necem propriis fi-
runt: heu! tamen mera hoc eſt clementia &
eratio, ſi conferatur cum neglectu educati-
berorum, hic enim animas eorum perdit,
ue eos in æternum miſeros. Et eſt quidam
pene multitudo ſævorum iſtiuſmodi paren-
ui Liberos ſuos Dæmoni poſſidendos relin-
eò quod in viis Dei eos inſtitui non curant:
mma juvenum ubique inſcitia, morumque
s audacia, ſatis teſtantur pauciſſimos eſſe pa-
qui hoc officio diligenter funguntur; libera
eorum qui ſe Chriſtianos appellant, non mi-
i Chriſtique ignari ſunt, quàm *Paganorum*;
autem qui hoc officium deſerunt, ſe non tan-
iberos ſuos graviſſimâ calamitate, ſed etiam
horrendo reatu onerare. Quod enim dixit
ſpeculatori dormitanti, *Eze.* 3. 18. *Si qua*
negligentiâ *ejus pereat, animam hanc Deus*
turus eſt à manu ſua; eadem ſanè ſententia
entes omnes negligentes pronuntiabitur, his
à Deo mandatum eſt munus ſpeculatoris in
s ſuos. Pars altera educationis in hoc conſiſtit
artem aliquam inſtituantur, quò honeſtâ ali-
ocatione occupati, laqueum iſtum Diaboli

Sci-

ſcilicet ignaviam evitent; & cùm adoleverint Reipublicæ prodeſſe, & victum ſibi honeſtè parare poſſint.

Media Liberos educandi.

20. Plurima ſunt media quæ gravi huic officio, educationi liberorum, inſerviant; veluti primò Incitamenta, ſeu prœmia: Secundò Supplicia. Primò, res prœmiis & illecebris tentanda eſt; conandum eſt ut Liberorum animos officio ſuo conciliemus, prœmiis & invitamentis propoſitis; & benè agentibus laudis & remunerationis ſtimulos ſubdere oportet, ut perſeverent: peſſimâ methodo inſiſtunt parentes, qui non niſi torvo & auſtero vultu Liberos ſuos intueri ſe debere arbitrantur; hoc id eſt de quo Parentes præmonuiſſe Sanctus *Paulus* videtur, cùm vetat *Patres irritare filios ſuos*, *Col.* 3. 21. At non irritari nequeunt, ſi benè agentes perinde ac malè, duriùs ac immitiùs tractes: cujus hoc fore effectum Sanctus *Paulus* eodem verſu prædixit, ſcilicet ut animo deſpondeant & langueant, nec in virtute perſtent, cùm parentis Laude & Remuneratione careant. Medium alterum eſt caſtigatio, quæ tempeſtivè adhibetur cum prius medium fruſtra tentatum eſt, cùm mitiora media, perſuaſiones, & prœmia, nil valent, acerbioribus mediis opus eſt: Verbis primò rem aggredere, nolo conviciis & opprobriis, ſed ſobriâ at acri objurgatione: qua ſi nihil proficias, ad verbera progrediendum eſt: in hoc caſu enim ut *Solomon* obſervavit, *Prov.* 13. 24 *Qui cohibet virgam ſuam, odit filium ſuum*: Sæva hæc indulgentia eſt, quæ dum plagis abſtinet, filium calamitatibus iſtis, quibus plerunque opprimitur filius ſibi relictus, exponit. At Caſtigatio hæc eà methodo adhibenda eſt, quâ probabiliter effectum optatum ſortiatur: veluti primò, tempeſtivè adhibenda eſt, permittendum non eſt ut vitio tamdiu

ſcant, donec habitum & contumaciam etiam raxerint: ingens hic eſt parentum aliquorum r quod liberos ſuos arbitrio ſuo relinquunt ad tiriendum, furandum, nullâ adhibitâ correpe;imò forſan liberorum ſuorum aſtutiam & dex:atem intuentes oblectantur,parùm referre arbiites quid parvuli faciant: heu!tamen vitium inte radicem agit, eámque aliquando tam profun1,ut nec verbis nec verberibus extirpari queat.Sedò caſtigationi moderatio adhibenda eſt ; nec pæ naturam excedat, nec infantis vires. Tertiò tigandus non eſt à parente irato filius, periculum m eſt nè & moderatione & ſucceſſu careat irati tigatio: puer enim arbitrabitur ideo ſe caſtigari, n quoniam crimen ipſe admiſit, ſed quoniam pa iraſcitur ; parentem itaque potiùs quàm ſeipſum lpabit ; cùm è contra curandum ſit, ut caſtigati eri non tantùm plagarum dolorem ſentiant,ſed & orem ſuum agnoſcant, ſine quo emendari reverà queunt.

Parentum eſt liberorum etiam adultorum animabus invigilare.

1. Tertiò cùm liberi adoleint, & ætatem cui educatio pria eſt exceſſerint, reſtant uc alia officia à parentibus genda: veluti reſpectu aniium iis invigilare ; & obſer: an vitam ad iſta præcepta quibus imbuebantur a, conforment ; & conſequenter eos prout res git hortari, animare, corripere.

Eorum ſuſtentationi proſpicere.

2. Sic etiam reſpectu ſtatûs erni, parentum eſt curare ut liquod vitæ inſtitutum, quo eſſaria parentur, ſe applicent. arentem Deus divitiis auxit, illius eſt liberis dibuere pro divitiarum ſuarum menſura : ſemper *noris, quòd cùm illius* opera in mundum producti

rentibus hàc in re uſitatiſſimus: bonorur
tionem aliquam uſque ad mortem ſuam
divitiarum forſan magnos acervos in id te
gerunt, eis interim non ſuppeditantes, ur
vivant. Varia ſunt quæ hunc errorem coı
mala: primò filii erga parentem ſuum aı
minuit, imò eò uſque aliquando extingui
tem illi filius optet: quod quanquam ta
ſcelus in filio ſit; ut nullâ tentatione eı
defendi poſſit; magnum tamen in pare
eſt, quod hujuſmodi liberis tentatione
Secundò cogit aliquando liberos, verſu
bus, iiſque aliquando minùs honeſtis, ı
bus ſuis ſubſidia quærere: hoc ut vereor
hujus effectum eſt; parentis tenacitas ne
affert aliquando liberis malis artibus u
bus poſtea, ceſſante licèt occaſione,
nunquam poſſunt; cavendum eſt igitur
nè his periculis liberos ſuos exponant. P

hoc adeò omnibus in promptu eſt obſer-
t opus non ſit hujus rei veritatem argu-
confirmare: utinam non minus generalis
ujus rei ſeria conſideratio, quàm obſervatio;
nim non eſſet cur fraude & malis artibus ute-
parentes, ut liberis proſpicerent; non eſt hoc
ſpicere, ſed eos iis bonis ſpoliare quæ iis juſtè
relinquunt, nummulo quovis malè parto ma-
ionem in id quod jure poſſidetur attrahente;
nti ad inſtar de quo paululum totam maſſam
itat: ſatis igitur habeant parentes, ea liberis
æ Deo favente, juſtè parare poſſunt, bona re-
re; perſuaſi quantulacunque hæc ſint, liberis
profutura eſſe, quàm divitiarum acervos malè
; ſecundùm illud *Solomonis*, *Prov.* 16.8. *Me-
parum cum juſtitiâ, quàm ampliſſimus proven-
n injuriâ.*

Quartum Officium quod filio debet eſt bonum exemplum: ... fficit ei virtutis & pietatis regu- ... ſcribere, niſi ipſe etiam praxi mplum optimum præbeat. Patet exempla movere quàm præcepta; præcipuè ſi eorum os reverentià colimus, aut quibuſcum aſſiduò ur; quæ duo plerunque in parente concur- hoc igitur diligenter agant parentes, ut ſic ſe ſpectu liberorum gerant, quò exemplo ſuo eorum virtuti concilient: heu tamen! quàm orſus abjecit hoc ſæculum hanc curam? adeò orum operâ ſæpius quàm parentum corrum- hodie liberi: nec aliter evenire poteſt; cùm itiis ſuis adeo indulgeant homines, ſperandum ,quin hoc filii dum obſervant, etiam imiten- ui patrem inebriatum intueatur filius, jure *hoc non minus ſibi* quàm patri licere; idem- *ntiet qui jurantem* animadvertet, aut vitia

Exemplum præbere.

quibus ille ipſe indulget caſtigante: n
igitur eſt eum ſic emendari poſſe. Hinc c
ſima parentibus vitam Chriſtianè inſti
gatio, cùm aliter non tantùm ſuas, ſed
etiam animas exponant, & in Gehenna
reditario jure poſſidendam eos præcipit

Iis benedieere.

24. Quintum parent
eſt filiis benedicere: q
ratione facere poſſunt: I
bus, quibus quotidianis quidem & arden
vinæ protectioni & benedictioni, & reſp
temporalium & ſpiritualium, commenda
Secundo ſanctitate ſuà; ii eſſe debent,
benedictio in poſteros derivetur: hoc ſ
ſacris literis promittitur, fore ut *bened*
eorum: ſic in Præcepto decimo Deus p
præſtiturum miſericordiam milleſimis à
diligunt eum & obſervant mandata ſua: (
vatu dignum eſt in *Judæis*, quos quan

n amore,ſi verà proſperitatis eorum cupidine itur, ſic vivant oportet, ut pietate ſuâ beneem in poſteros ſuos tranſmittant.

Sextò, videant parentes ne iniquis tis liberos ſuos opprimant, tant juriſdictionem ſuam oſtentent; teſtatem ſuam in liberos æquitate leratione attemperent, in re quâlibet moliberorum veram utilitatem conſiderantes, quid huic adverſum præcipientes: hujus requanquam frequens uſus ſit, nullibi tamen quàm in liberis ſuis matrimonio locandis: re ſæpe evenit ut probi aliàs parentes culint; cùm ut divitibus eos conjungant, maium etiam invito & reluctanti animo conſæpe cogunt; immanis hæc tyrannis eſt, linalorum ingenti multitudini exponens, quæ pibus reſarciri, vel compenſari poſſunt. Duo quæ potiſſimùm reſpicere parentes decet, in nonio filiarum: Primò quomodo vitam Chria agant, in quem finem, conjux pius & proligendus eſt: ſecundo, quomodo hîc vitam jucundam & tranquillam; in quem finem iam modicas, immenſas ſane opes iis conquious non eſt; nec igitur nimiâ harum cupidine parentes decet: ad felicitatem ſtatûs conjugal magis confert, quàm reciproca conjugum ia, & mutua ſui invicem approbatio, ſine quâ eſt ſtatus vitæ infœlicior; non licet igitur inberos in matrimonium cogere. Diſſerui jam nâ ſpecie Relationum, nempe parentum.

Dura non præcipere.

Sect. 1. SEcunda ſp
Officia erga Fratres. Fratrum
autem du
Naturali
poſterior, ſenſu largo, totum genus
prehendit, omnes ejuſdem naturæ pa
ternitatem hoc ſenſu acceptam co
cùm de officiis generalibus, ad omne
dem naturæ participatione conjunct
jamdudum diſſeruerim: hîc tantùm
fraternitate agam quâ ad ſe invic
ejuſdem parentis filii: horum offici
dum & affectuum unione conjung
natura, innuit, ſubſtantiam enim
quâdam peculiari participant, ideoc
nevolentiâ & amicitiâ ſe invicem co
hinc *Abrahamus concluſit, non debe*

es facilè miniſtrabit; præterea originis
s ad lites, & (ſi quis alteri in re aliquâ præ-
) ad invidiam proniores efficiet; ſic fratres
pho invidebant, quoniam plùs cæteris erat
a apud patrem: ſic *Rachel Lea* quoniam
a erat: Ut igitur præcludantur ejuſmodi
nes, ingenti & vero amore fratrum & ſoro-
iſque imbuatur, eos tanquam partes ſui æſti-
ec ad contentionem, nec ad invidiam prop-
minentiam aliquam proclivis erit; nec enim
qua corporis alteri adverſatur, ſed ſui invi-
modum promovere conantur ejuſdem cor-
embra.

Fraternitas ſpiritualis.

nda ſpecies fraternitatis, ſpi-
eſt, & eos omnes qui fidei com-
conjunguntur, complectitur:
in Baptiſmo fit cuilibet Bap-
ater; qui itaque filiorum relationem erga
matrem induunt, fratrum etiam erga ſeip-
nt neceſſe eſt. Hujuſmodi fratres magnâ
ntiâ & amicitiâ complecti decet, Religionis
rituale vinculum arctiùs corda noſtra con-
& unire debet: hæc illa fraternitas eſt *quam*
tus *Petrus diligere hortatur*, 1 *Pet.* 2. 17. &
cia omnia bona præſtare jubemur, *Gal.* 6.
*efici eſte erga omnes, maximè verò erga do-
fidei*: hos præ omnibus teneriori affectu
debemus. Chriſtus nobis dicit, quod *Qui-
otum dederit alicui poculum frigidæ, nomine
, non perdiderit mercedem ſuam, Matt.* 10. 42.
rto ſtatuamus peculiarem hunc amorem
norum quà Chriſtianorum, Chriſto ac-
num eſſe.

Communionem ſervare cum hujuſmodi fratribus.

ia ſunt officia his etiam
s *præſtanda*; quorum u-
ue potiſſimum eſt, ut

communionem cum iis ſervemus, idque primò in Doctrinâ: conſtanter perſeverandum eſt in fide & profeſſione veritatum iſtarum neceſſariarum, quibus dignoſcamur eſſe ſectatores & Diſcipuli Chriſti; hæc fides iſta eſt de qua loquitur Sanctus *Judas*, *Quæ ſemel tradita eſt Sanctis*, *Jud.* 3. qua retenta perſeveramus in communione fraternitatis hujus, reſpectu profeſſionis, quod conſtanter faciendum, quibuſcunque procellis & perſecutionibus propter profeſſionem hanc motis; juxta hortationem Apoſtoli, *Heb.* 10. 23. *Retineamus profeſſionem ſpei non vacillantem.* Secundò, Communio etiam cum illis (prout opportunum erit) ſervanda eſt in omnibus officiis Sanctis: cœtus Sanctorum diligenter frequentare debemus, hoc enim profeſſionis noſtræ inſigne eſt; qui itaq; voluntario ſe ab his ſubducunt ſuſpicioni locum dant, quòd fidei etiam communioni renuntiaturi ſunt: has partes Communioni ſtrictè obſervabant primi Chriſtiani, ut patet *Act.* 2. 42. *Perdurabant autem in doctrina Apoſtolorum & communicatione, & fractione panis, & precib*[illegible] Perdurabant idque immoti, à communione nu[illegible] perſecutionibus deterriti; quanquam id temp[illegible] graſſante perſecutione ſæviſſimâ quævis hujus [illegible] tiâ patiebantur, quo docemur nos ab hoc off[illegible] periculo id concomitante, non abſolvi.

Eorum infirmitates tolerare.

5. Secundò fratrum Chriſtiano[illegible] infirmitates tolerare oportet, [illegible] conſilium Sancti *Pauli*, *Rom.* 15. 1. [illegible]*bemus autem nos qui firmi ſumus*, [illegible] *mitates imbecillorum portare*: [illegible] veritates omnes Chriſtianas neceſſarias retiner[illegible] errore tamen aliquo verſetur, hujus propterea [illegible] munionem derelinquere, aut perſonam conten[illegible] non licet; quod docet Sanctus Paulus Rom. 1[illegible] fratrem quendam infirmum, ſcrupulum ſin[illegible]

bis moventem, jubet à firmioribus, *i. e.* meliùs uctis, eumque ideo in errore verſari diſcernen-, recipi nihilominùs & non contemni, & ex al- parte vetat infirmum judicare firmiores. Feren- unt opinionum in rebus levioribus diſſidia, nec pterea charitas fraterna minuenda.

Tertiò, Fratrem lapſum erigere viribus nitendum eſt, *i. e.* in catum prolapſum ad pœniten- n revocare: ſic jubet Sanctus *Paulus Galatas*, *præoccupatum in aliquâ offenſâ reconcinnarent, ſiderans unuſquiſque ſemetipſum nè & ipſe ten- etur. Gal.* 6. 1. Lapſum tanquam perditum ha- re, aut curam ejus tanquam deſperati abjicere, aut eum innocentiæ noſtræ opinione elati inſultare, t ſuperbus *Pharisæus* in peccatorum *Publicanum*, *u.* 18. 12. non licet; ſed ei recuperando, ad pœ- tentiam revocando, cum manſuetudine ſtudere cet, memores noſtræ fragilitatis, quòd à lapſu non nus ſecuri. *Lapſos erigere.*

7. Quartò, Cum his fratribus compati, calamitatibus eorum tangi & affici de- mus, ſive illos ut communione conjun- os, ſive ſolos & ſejunctos hæ calamita- s invadant. Primò, ſi Communione conjunctos; hoc ſenſu conſiderati Eccleſiam conſtituunt, eam- e vel Univerſalem quæ ex omnibus ubique fide- us, vel particularem aliquam, quæ ex fidelibus nibus in gente iſta particulari conflatur: cala- tate igitur aliquâ quâ vel Eccleſia, univerſalis, aut rticularis, præcipuè ea cujus nos ipſi membra ſu- us, laborat, multùm commoveri nos & affici o- rtet: ejuſque proſperitate gaudere; ſchiſmata ejus deſolationes lugere & deflere, & quotidie, & ar- nter cum *Davide* precari, *Pſal.* 51. 18. Benefac *bonâ voluntate tuâ Sioni, ædifica muros* Hiero- ſolymæ; *Cum his compati.*

ſolymæ: idque præcipuè graſſante per
quiſquis autem hoc modo afflictione Ec
tangitur, non eſt pro vivo ejus membro
Ut enim in corpore naturali evenit,quòd
ctare totius valetudinem & indolentia
membrum cenſet, hoc idem & hîc eve
jampridem *Pſalmiſta* obſervavit, *ſervi*
affectu lapidum Sionis ducuntur, & co
ne in pulvere jacentis, Pſa. 102. 14. Quo
ſervi ejus affecti ſunt, nequeunt ruinas &
Eccleſiæ ſine ingenti dolore & luctu intu
dò, cum fratribus tanquam ſolitariis & à
ſejunctis acceptis, compati etiam decet
nos & quemlibet particularem Chriſtian
intercedit, ut utramque ejus fortunam
aut proſperam cum eo participare debe
Apoſtolus hortatur, *Ro.* 12. 14. *Gaudete*
dentibus, & flete cum flentibus, iterumqu
ſub ſimilitudine corporis naturalis ad off
hortatur, *ſive patitur unum membrum, co*
omnia membra: ſive honore afficitur unum
congratulantur omnia membra. Hos vari
effectibus ſpiritualibus his fratribus deben
amor eſt quem Chriſtus Diſcipulorum ſi
dicium & inſigne haberi voluit, *Joh.* 1
hoc omnes cognoſcent vos eſſe Diſcipulos me
ritatem habueritis alii in alios, ſi qui igitur
ritate hâc fraternâ deſtituti, videntur vell
renuntiare.

Uxoris Officia. 8. Tertia relationum ſpecies e
inter Conjuges intercedit: quæ
multò propinquior eſt, ut pate
31. *Derelinquet homo patrem ſuu*
trem, & agglutinabitur uxori ſuæ, & hi
caro una. Varia ſunt horum & recipro
Primò quod ad uxorem, illa Obedienti

Hoc jubet Apoſtolus, *Col.* 3.
xores ſubjicite vos propriis viris, venit in Domino. Subjici viris *Obedientia.*
t, at in Domino, *i. e.* in omnibus præceptis
, alioquin nil amplius his, quàm ſuperioribus
lebetur. Deo potius quàm homini obedien-
eſt. Nec uxori licet, ut morem gerat viro ſuo,
id Præcepto Divino repugnans committere:
autem viri Præceptum in rebus omnibus quæ
Præcepto Divino adverſantur. Damnanda ita-
xorum proterva contumacia, virorum præ-
a etiam licita cotemnentium, tantùm præ im-
ntià officii hujus Obedientiæ, quod tamen De-
illis exigit. Objici autem hic poteſt, an etiam
ceptis à prudentia prorſus aberrantibus, multiſ-
incommodis conjunctis, parendum ſit ab Uxo-
Reſpondeo, non eſſe inobedientiæ, ſed officii
ſi pacatè & manſuetè incommoda hæc exponat,
oque perſuadere conetur, mandatum revocare;
hoc prece & blanditiis impetrare nequit, nec in
ba mordacia erumpat, nec tandem imperium de-
ſtet, nihil enim inobedientiam præter præcepti
catum excuſare poteſt.

. Secundò Uxor Fidem marito ſervare
et: hæc autem duplex eſt, vel enim tho- *Fides.*
i ſpectat; ab alienis amplexibus ſe pu-
caſtámq; e ſervet uxor oportet, nec aurem
beat ulli, caſtitati ſuæ inſidianti; ſermones om-
huc tendentes non ſine horrore averſari decet:
quis fidem illius ſolicitaverit, hoc ei denuò faci-
i opportunitatem non præbere. Vel Secundò rem
iliarem: fidem etiam hic ſervet marito; hoc eſt
ei commiſſas eo modo adminiſtret, qui ad utili-
m mariti maximè conducat; nec fraude & dolo
in eós bona ſua uſus abſumat, quos ille neuti-
n probat,

10. Ter-

Amor. 10. Tertiò ei amorem debet, facilitatem, & amicitiam quanda converſatione ſuâ relucentem: e bus adjumento ſit & ſolatio oportet, quò r creationis ſuæ reſpondeat, qui erat *ut e auxilium commodum, Gen.* 2. 20. idque in ſtatu poſito, ſive proſperâ ſive adverſâ v ſive afflicta ſive læta fortunâ; quocunque (prout providentiæ viſum erit) poſito, ei ſubſidio eſſe uxor in quantum poteſt, d prorſus opponitur morum difficultas & contentiones omnes & jurgia; hæc enim ut oneri ſit, & peſti merito, non auxilio au ni: quòd ſi hoc modo erga quemcunque crimine non vacat, ut ſuprà demonſtratum tò minùs erga eum cui ſumma benevolenti ardentiſſimus debetur?

Mariti crimina uxorem ab hoc officio non obſolvunt. 11. Nec eſt quòd ſua proterviam, mariti erro injuriis excuſatam uxori nim hoc religio patitur dentia. Non Religio, pe nim indignitas non ab officio quod ei Deus præſtari abſolute p nec prudentia, quò enim pejor maritus ſi gis comitate & ſuavitate uxoris, quibus co nectatur animus ejus, opus eſt: hoc eſt ſæculi uxoribus conſuluit Sanctus *Petrus*, 1. *Uxores ſeſe ſubjiciant ſuis viris, ut eti non aſſentiuntur ſermoni, per uxorum co nem ſine ſermone lucrifiant*: Uxoris comm verſatio, plurimùm ut videtur potuit ad ab homines à Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum: ſucceſſu hodie careret, ſi periculum facer fœminæ: ſaltem aliqualem in familiis pac ſervaret, cùm jam è contra mali impati

us adeò ubique pateant, ut vix locus
quo hujus exempla aliquot non reperias.
qui, ut jurgia & clamores protervæ fœ-
ent, compotationi ſe addixerunt, unde
upertas,& malorum ingens caterva? Ab
viro tentatione objicienda caveant uxo-
d autem incidat, cujus ut uxor virum ad-
mor conjugalis poſtulat, ei temperetur
monitio, ut ab amore non ira proficiſci

a ſunt etiam viri erga ux-
officia: quorum primùm
t erga uxorem ardens &
e plenus ſit vult S. *Pau-*
et ex duabus ſimilitudinibus quibus hunc
epingit, *Eph.* 5. unâ ab amore quo quis
m naturale, *Nemo*, inquit, *ſuam ipſius*
io habet, imò nutrit ac fovet eam: altera
ore quo Chriſtus Eccleſiam ſuam com-
qui priorem longè ſuperat, ductà; quos
anquam amoris quo vir fœminam ſuam
bet, normam & regulam proponit. Hoc
tatem omnem & morum difficultatem in
uxores excludit; eo ritu cum iis agendum
m ſui ipſorum partibus, eas tanquam cor-
nare decet; nec magis iis noxium aliquid
m facere,quàm carnem ſuam concidere &
: conſiderent viri iſti qui tyrannicè in ux-
antur, qui eas tanquam humanæ naturæ
vix tractant,an hoc ſit eas amare tanquam
a.

Vir uxori debet amorem.

ndum viri officium eſt, ut tho-
fide ſervet.HocDeus à viro non ſe-
b uxore exigit:& quanquam mun-
r *minùs damnare* violationem hujus offi-
uàm in uxore, juſto tamen coram judice

Fides.

Deo

cem ex una parte degravare videatur,
conſiderationibus civilibus & ſæcula
quàm peccati naturà oritur.

14. Tertium mariti

Alimentum uxorem alat, eique con
ſpiciat : in participatio
iſtorum quibus eum Deus donavit adm
nec res illi neceſſarias ex avaritià dene
men ſic bona ſua prodigè effundere, u
petat unde uxorem ſuſtentet : hoc
mariti officium eſt ; cùm enim ut dic
corporis ſui partem cenſere debet, æqu
minori curà ei quàm ſibi proſpiciat. N
ſic intelligi velim, ac ſi uxori hoc mo
opere omni, cùm res aliud exigat, in
raretur ; nec enim equum eſt, ut mari
& labore uxori otium & deſidia paren

15. Quartò, Maritum

Inſtitutio. rem ſi ignaram in rebus

it mundanum victum, & viderit fratrem ſuum
quo ſit opus, & clauſerit viſcera ſua coram eo
do charitas Dei manet in eo? Fruſtra aut De-
t hominem amantis præ ſe ſpeciem fert, qui
ardentiùs nummos ſuos amat, ut paupe-
ratrem (hominem ſanè & Dei imagine im-
m) extrema pati mallet, quam ut diminu-
cervi ſui reperiret levationem mali: è con-
icium hoc præſtare res Deo perinde ac homi-
tiſſima eſt.

U 3. Heb.

3. *Heb.* 13. 16. *Victima quâ Deus delectatur, appellatur*, & Phil. 4. 18. Sanctus *Paulus* eleemoſynas ei miſſas *hoſtiam Deo acceptam, & placentem vocat*: quod idem Eccleſia de eleemoſynis ſemper cenſuit, & proinde cultûs Divini parte maximè ſolenni, nempe Euchariſtiæ, hoc officium adjungi voluit: quoniam autem etiam ſacrificia legalia ſi qua inſigni deformitate, aut mutilatione vitiata, ingrata Deo eſſent, ideo operæ pretium erit, quænam ſint hujus ſacrificii qualitates requiſitæ paucis edocere.

Argumenta quibus ad eleemoſynas præſtandas hortatur.

4. Harum aliæ, cauſas ſeu motiva quibus ad eleemoſynas præſtandas impellimur; aliæ modum præſtandi reſpiciunt: Charitatis hujus incitamentum triplex eſſe poteſt vel à Deo, vicino, vel nobiſmetipſis ductum. Primò obedientia & gratitudo quas Deo debemus, nos ad hanc charitatem colendam incitant: Ille nobis ut eleemoſynas præſtaremus præcepit, ideoque unus præſtandi finis eſt, ut ei præcepto morem geramus: illius etiam munificentiæ copiam noſtram debemus, & gratitudinem noſtram non poſſumus aptiùs exprimere; ut enim inquit Pſalmiſta, *Pſ.* 16. 2. *bonitas noſtra ad Deum non extendit*; quod tributi vice ex bonis noſtris ei debemus perſonæ ejus perſolvere non poſſumus; pauperes igitur in illius locum ſubſtitutos & ſuppoſitos, eo omni donare quod ei gratitudinis ergô reddituri eramus, par eſt. Secundò amore & commiſeratione vicini, calamitatum ſuarum ſenſu, & conſolationem & ſubſidium ei afferendi cupidine, ad hoc officium impelli debemus. Tertiò incitamentum à nobiſmetipſis ductum, ſpes eſt æterni, quod officium hoc præſtantibus promittitur, præmii: Hoc illud eſt quod Chriſtus innuit, *cum theſauros*

ſauros noſtros jubeat *in cœlis recondere*, Mat. 6. 20. *& facere nobis amicos ex Mammona injuſto, ut cùm defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula*, i. e. pia temporalium bonorum in pauperes erogatione, theſaurum nobis in Cœlis reponere, & ad felicitates iſtas æternas quas Deus eleemoſynas præſtantibus promiſit jus acquirere; illîc uberrimam operum noſtrorum miſericordiæ meſſem expectamus, quæ nos abundè compenſatura eſt, *bona* licet *omnia noſtra*, ut loquitur Apoſtolus, 1 *Cor*. 13. 3. *in egenis alendis inſumeremus*, at in hunc unum finem intentos eſſe oportet, nec nobiſmetipſis hominum laudem tanquam charitatis motivum proponere, hoc enim nos prœmio noſtro æterno privabit, *Mat*. 6. qui laudem hominum eleemoſynis ſuis aucupantur, hanc charitatis ſuæ unicam mercedem ferent, *Amen dico vobis retulerunt mercedem ſuam*, *ver*. 3. ab hominibus ut videtur maluerunt quàm Deo prœmium expectare, ad hos igitur remittuntur inanem hominum applauſum tanquam unicam operis mercedem relaturi, *Mercedem enim non habebunt apud patrem meum qui eſt in Cœlis*, inquit *Chriſtus*, *ver*. 1. Cuſtodienda igitur diligenter ſunt corda noſtra, nè vanæ gloriæ cupido ſe inſinuet, & ſic ſolida & æterna Cœli gaudia aurâ populari commutemus.

Modus eleemoſynas præſtandi. Alacriter.

5. Secundò, Sunt etiam quædam circa modum pauperibus donandi obſervanda. Primò alacri animo donandum eſt; parvum quod alacri & prompto animo donatur, pluris æſtimant homines quàm magnum aliquod munus invito & triſti alicui extortum; quod idem Deus æſtimat, *diligit* enim *hilarem datorem*, 2 *Cor*. 9. 7. Quod Apoſtolus præcedenti exhortationi, *nè darent ex triſtitia aut ex neceſſitate*,

ver. 6. tanquam ejus rationem ſubjungit: & ſanè quod Apoſtolus à nobis exigit, rationi conſentaneum eſt, non eſt enim officium aliud humanæ naturæ congruentius aut gratius; niſi ſiquem avaritia & ſævitia ex homine in rapacem beſtiam tranſmutaverint: an non voluptate maximâ nos afficit, ſiquid nobis humanitatis ſuperſit, videre, ut eleemoſynæ tempeſtivæ datæ gaudio miſerum aliquem perfundant: ut jacentem erigant, & ſpiritus languentes recreent? Senſuali ſanè voluptati deditus, nummos ſuos nequit in aliquid impendere, unde plus voluptatis metat; ideoque videtur non eſſe difficile, non tantùm ſine triſtitiâ & reluctantiâ, ſed etiam magn cum animi alacritate & promptitudine, eleemoſynas præſtare, cùm tantum inde nobis voluptatis naſcatur.

Metus paupertatis in hoc caſu inanis & impius.

6. Una tantùm objectio contra hoc officium moveri, poſſit nempe quòd metus paupertatis hâc liberalitate contrahendæ, voluptatem extinguât, & efficia, ut aut nihil omnino, aut ſaltem non alacriter largiamur: huic reſpondeo, primò manifeſta licet metus hujus cauſa eſſet, Deo tamen donare præcipienti alacri animo parendum eſt, nec magis gravatè hic bonis noſtris cedere, quàm cùm aliâ aliquà de cauſâ hoc poſtulet Deus: in quibus caſibus Chriſtus aſſerit, quòd *qui non deſerit ſua omnia, nequit eſſe Diſcipulus ſuus.*

7. At equidem vanus hic metus eſt, cùm Deus contrarium prorſus in pauperes beneficis ſpeciatim promiſerit: nimirum quòd etiam rerum externarum copiam eis eleemoſynæ impetrabunt. *Animus beneficus pinguis efficietur, & qui ubertim communicat, idem amplius profundet, Pro.* 11. 25. *& qui dat pauperi, non erit ei egeſtas, Pro.* 28. 27. & plurimi alii ejuſ-

ejuſmodi textus ſunt; adeò ut à manifeſtà infidelitate oriri hunc metum pateat, ut enim rem verbo complectar, Deo hâc in re credere non audemus; in pauperes nummos noſtros erogare, nihil aliud eſt, quàm eos Deo mutuò dare, *mutuat Jehova qui gratioſè largitur tenui*, *Prov.* 19. 17. idque promiſſo ſolenni eos rependendi facto, ut ſequitur eodem verſu, *& beneficium illius rependet ipſe*: Dedecore affici ſe credunt homines ſi quos mutuum petentes argentum rejicimus, arguit enim aut nos eos arbitrari non eſſe ſolvendo, aut ſinceros & probos non eſſe; quanta igitur hæc eſt Dei contumelia, ei ad hunc modum diffidere? Imò equidem quàm horrida blaſphemia, de eâ re metuere, ad quam ſecuram & tutam nobis præſtandam, ille nobis fidem obligaverit Deus, cui cùm omnium Dominus ſit ſolvendo non eſſe nequit, & cùm Deus veritatis ſit, fidem datam non fallet? Nè igitur infidelis iſte metus futuræ paupertatis, viſcera tua erga pauperem tuum fratrem obduret, quanquam enim ille ſolvendo non ſit, Deus tamen pro eo ſe ſponſione obligavit, qui mutuò acceptum cum fœnore rependet; pauperibus igitur largiri, non tantùm non damnoſum, ſed & admodum utile tibi eſt; nemo eſt qui non mallet nummos ſuos viro alicui diviti & bonæ fidei concredere, quò & fœnus, & ſi quando opus fuerit, ſortem tutò accipiat, quàm in arcâ reconditos nihil inde commodi percepto, ſervare; præcipuè ſi furto aliiſve caſibus quibus amittantur expoſiti ſint. Quicquid autem nos poſſidemus, quovis momento amitti poteſt. Innumerabilia pene ſunt quæ divitem in paupertatem poſſint redigere, quod qui dubitat, *Jobi* exemplum legat, in quo veritatis hujus præclarum exemplum reperiet. Nec ſanè nummos ſuos aliquis prudentius elocare poteſt, quàm apud Deum, ubi nullis caſibus

expoſitos repetere cùm opus eſt poteſt ; idque cùm fœnore & incremento. Hinc eſt quod eleemoſynas Apoſtolus ſemini comparet, 2 *Cor.* 9. 10. Seminis ſati ea natura eſt ut ſerendo multiplicetur, quod idem miſericordiæ operum proprium eſt, nec enim ea tantùm ſingula & ſterila ſed uberrimam eorum meſſem manipulatim colligimus: Deus eleemoſynas non recondit in mappâ, ut nos gratias ſuas ſolemus, ita ut nihil ex iis commodi capiamus, ſed eas cum fœcundo proventu nobis reddit ; non tantùm igitur alacri ſed etiam læto animo in id officium incumbere debemus, ad quod hortantur & utilitates noſtræ & egeſtates vicinorum.

Tempeſtivè. 8. Sunt equidem aliqui quibus nunquam non opportune ſtipem donamus, quoniam rerum neceſſariarum inopiâ ſemper premuntur : ſunt tamen aliquæ opportunitates largiendi, quæ etiam ad horum utilitatem plus conferant ; nec enim præſentem tantùm neceſſitatem ſublevent eleemoſynæ, ſed & aliquando futuram, ſi opportunè præſtentur ; efficere enim poſſunt ut poſſit pauper honeſta aliqua ratione ſibi victum parare : in genere hanc eſſe regulam optimam charitatis exercendæ arbitror, ut *quicquid dare decernimus, cito demus* : moræ enim & pauperibus noxiæ ſunt & nobiſmet ipſis: pauperibus, quia quo diutius eleemoſynas noſtras differimus, eo diutius illi anguſtiis ſuis preſſi gemunt ; & poſtquam iis opem ferre decrevimus, crudelitatis eſt eam ulterius differre ; tamdiu enim miſerias eorum quas levare poſſumus, producimus. Sævum crederes medicum qui alicui morbo acutiſſimo laboranti, medelam quâ certò ſcit leniri poſſe dolorem adhibere differret, & vanas moras nectendo homini dolorem protraheret : hoc idem hic evenit, commiſeratione debita deſtituimur, ſi fratri, cui ſubvenire

nire no; penes eſt, protrahi calamitates ſuas volu-
mus: Sin autem in extrema penuriâ aut calami-
tate non verſetur, ei tantum perit, quantum dila-
tionis tuæ tempore amittit. Secundò, dilatio etiam
nobis noxia eſt, dilationem enim tentationibus nos
obnoxios reddimus, quibus nos aut Diabolus, aut
avaritia noſtra à propoſito abducere poſſit, quod in
plurimis Chriſtianis officiis frequenter cernitur; ſic
propoſita noſtra, niſi ea ſtatim exſequamur, languent,
& in actum nunquam reducuntur; ſic aliqui pœni-
tentiam ſe acturos eſſe decernunt, quoniam autem
ſtatim ei operam dare nolunt, mora diutiùs in dies
protracta, prorſus tandem evaneſcit propoſitum:
quod etiam hîc accidere ſolet, præſertim ſi qui ſint
avariores, hos igitur præ omnibus dilationi locum
dare non convenit.

9. Tertiò, Prudenter, & eo modo quo recipienti maximè proſimus, largiri decet; cura hæc niſi adhibeatur, pereunt ſæpiſſimè charitatis officia; ſi enim nullo delectu habito omnibus qui egere videntur, donaverimus, plus in illos qui per ignaviam & improbitatem egeſtatem contraxerunt, quàm in eos qui charitatis noſtræ ſubſidium melius merentur, conferremus; & per conſequens iſtorum inertiæ patrocinaretur, & nobis non ſuppeteret quod horum egeſtatibus ſuppediteramus; nec tamen dubito, quin ea eſſe poſſit flagitioſiſſimorum neceſſitas, ut illis ſubvenire officii noſtri ſit; at niſi urgeat hujuſmodi neceſſitas, delectus habendus eſt, & ii præponendi, quibus vel vires non ſuppetunt ad laborem, vel numeroſior familia eſt quàm quæ eorum labore ſuſtentari poſſit; his quoque eo modo eleemoſynas præſtare debemus, quo iis ſint utiliores: qui modus pro diverſis perſonæ circumſtantiis diverſus eſſe poteſt; his forſan eleemoſynas noſtras *Prudenter.*

mentem manipulatim congimus. E
nas non recondit in mappâ, ut nos g
mus, ita ut nihil ex iis commodi ca
cum fœcundo proventu nobis reddit
igitur alacri ſed etiam læto animo in
cumbere debemus, ad quod hortant
noſtræ & egeſtates vicinorum.

8. Sunt equidem ali
Tempeſtivè. quam non opportun
mus, quoniam rerum
inopiâ ſemper premuntur : ſunt tan
portunitates largiendi, quæ etiam a
tatem plus conferant ; nec enim
tùm neceſſitatem ſublevent eleemoſ
quando futuram, ſi opportunè præſt
enim poſſunt ut poſſit pauper honeſt
ſibi victum parare : in genere hanc e
timam charitatis exercendæ arbitr
dare decernimus, cito demus : moræ

nim poſſeſſionum ſuarum partem tantùm aliquam *credentes*, ſed totum in uſum & ſubſidium pauperum conferebant, *Act.* 4. & quanquam urgente tunc temporis neceſſitate extraordinariâ, non ſit hodiernæ charitatis norma inde petenda; oſtendit tamen quàm præcipua & fundamentalis pars Religionis Chriſtianæ charitas ſit, quæ in ipſis Eccleſiæ initiis tam impensè colebatur. Si animum ulterius ad præclara charitatis in Evangelio præcepta advertamus, *vitas noſtras pro fratribus deponere* jubentia, 1 *Jo.* 3. 10. credere non poſſumus bona noſtra tantò majori pretio haberi à Deo quàm vitas noſtras, quòd dum has prodigi, illis parci velit.

Argumenta pro liberalitate.

11. Liberalitatem hanc plurimis argumentis ſuadere poſſem omnibus in Chriſtum credentibus: duo tamen tantùm afferam, quibus Sanctus *Paulus* ad *Corinthios* ſcribens uſus eſt: prius ab exemplo Chriſti ſumitur, 2 *Cor.* 8. 9. *Nôſtis enim beneficentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, eum videlicet propter vos pauperem factum eſſe, quum eſſet dives, ut vos illius paupertate diteſceretis.* Gloriam ſuam Chriſtus & majeſtatem, quâ apud patrem ſuum in cœlis gaudebat, ut nos locupletaret, exuit; annon igitur arcas noſtras vacuare, acervos noſtros minuere, ut pauperibus ejus membris ſubveniamus, decet? Poſterius à ſpe prœmii, quod pro menſura eleemoſynarum noſtrarum, aut majus aut minus erit, ſumitur: 2 *Cor.* 9. 6. *Qui ſerit parcè, parcè etiam metet, & qui ſerit benignè, benigne etiam metet.* Agricolam quem parca nimis manu ſemina ſpargentem, meſſis ideo deficit, improvidum ducimus; in quam ſanè dementiam incurrimus ſi nimia eleemoſynarum parſimonia, aut prœmio quod Deus beneficis & liberalibus repoſuit, in totum

aut

uſurâ credere debemus; eo etiam
vendo non ſit, ei tantum etiam ſor
quantum aut neceſſitas ejus exiga
noſtra permittat. Charitate hâc
pauperes debitores in carcerem c
eos ſolvendo non eſſe ſatis ſciant;
tia non datur quàm alium miſeru
nihil inde nobis obveniat commodi

10. Quartò, Lib
Liberaliter. manu donandum eſ
erogare, in quibus
pertatem præſidii ſit, non eſt paupe
ludere; perinde eſt ac ſi fame peri
câ panis paſcere præ te ferres; rid
juſmodi ſtipes: metuo tamen nè p
moſynæ ad hanc proportionem pro
quantum abſunt hujuſmodi homin
diſcipulorum iſtorum, qui nihil pr
Johannis noverunt? Notatu enim c

n poſſeſſionum ſuarum partem tantùm aliquam
edentes, ſed totum in uſum & ſubſidium paupe-
um conferebant, *Act.* 4. & quanquam urgente
unc temporis neceſſitate extraordinariâ, non ſit ho-
iernæ charitatis norma inde petenda; oſtendit ta-
men quàm præcipua & fundamentalis pars Religi-
nis Chriſtianæ charitas ſit, quæ in ipſis Eccleſiæ
itiis tam impensè colebatur. Si animum ulterius
præclara charitatis in Evangelio præcepta ad-
tamus, *vitas noſtras pro fratribus deponere* juben-
1 *Jo.* 3. 10. credere non poſſumus bona noſtra
o majori pretio haberi à Deo quàm vitas noſtras,
dum has prodigi, illis parci velit.

Liberalitatem hanc plurimis
entis ſuadere poſſem omni-
Chriſtum credentibus: duo
tantùm afferam, quibus San-
s ad *Corinthios* ſcribens uſus eſt: prius ab
o Chriſti ſumitur, 2 *Cor.* 8. 9. *noſtis enim*
am Domini noſtri Jeſu Chriſti, eum vi-
opter vos pauperem factum eſſe, quum eſſet
vos illius paupertate diteſceretis. Gloriam
riſtus & majeſtatem, quâ apud patrem ſu-
lis gaudebat, ut nos locupletaret, exuit;
ur arcas noſtras vacuare, acervos noſtros
ut pauperibus ejus membris ſubveniamus,
oſterius à ſpe præmii, quod pro menſurâ
narum noſtrarum, aut majus aut minus
itur: 2 *Cor.* 9. 6. *Qui ſerit parcè, parcè*
tet, & qui ſerit benignè, benigne etiam me-
ricolam quem parca nimis manu ſemina
em, meſſis ideò deficit, improvidum duci-
quam ſanè dementiam incurrimus ſi ni-
moſynarum parſimonia, aut præmio quod
neficis & liberalibus repoſuit, in totum,

Argumenta pro liberalitate.

aut

turo ſi conſultò & deliberatò . perp
mili modo in reliquis circumſtant
eſt : at charitas hæc erga illos fre
cenda eſt, quorum aut innocenti
compertum non habemus, quorumq
tantum ſuſpicione violatur ; in ho
decet, charitatis proprium eſſe, *non*
ſed quæque in ſenſum mitiorem t
nec nos ipſi de iis ſententias à chari
nuntiare debemus, imò impedire a
ant, & ita exiſtimationem vicini,
minùs incertis ſuſpicionibus, quàm
ne læditur, tueri : huc ſpectat, ut
tum Chriſti, *Mat.* 7. 1. *ne judica,*
mento ſuadet ſi conſideremus, *i.e. nè*
eſt cur credamus, hoc tam leve crim
cenſetur : vindicabit enim ſeveras
Dei in nos rigida & ſevera ſententia.

12. De Charit

: & charitatis munera vulgò diſtinguere
o ſub hoc capite de his agere viſum eſt:
ımen obiter juvat, quòd nos ad id omne
ɔitur, eo modo obligamur, ut non
:itatem ſed etiam juſtitiam hoc omiſſo
ɥuod ideo notari meretur, ut at hujuſ-
eò magis incitentur homines, & præci-
:rrore verſari hâc in re pleriqu: viden-
cordiæ opera ut merè libera & volun-
æ minimè tenentur, homines æſtimant;
nis effectus hic eſt, quòd ſi qua mini-
eſtiterint efferantur, at ſeipſos, hæc ſi
:tant, non culpent: exitiabilis hic eſt, at
idem prioris erroris fructus: Siqua ſunt
ɔera, quæ ad juſtitiam reduci non poſſint,
propter eorum gradus & perfectionem
ctè loquendo ſic exacta, ut officium ille
atur, qui ea non præſtet, quia Deus hæc
non præſcripſit; ad hos autem charitatis
'are decebit, ad quos tamen pervenire
ıus, niſi per medios humiliores & ne-
ıdus prius tranſeuntes, quod igitur priùs
:t.

oc nihil efficaciùs
ɥuàm ut infixam pe-
o habeamus cele-
charitatis regulam,
mum tuum ſicut teipſum In hoc totum
i erga vicinum contineri cenſet Apoſto-
9. ad hanc igitur normam actiones no-
, quæ ad alios referuntur, exigantur:
n in anguſtias adductum videris, inter-
m, an non iiſdem preſſus exitum ſoli-
es, & ſtatuas hunc eundem effectum ha-
amorem tuum erga vicinum: hæc *Re-*
a eſt, ut verbis utar Sancti *Jacobi*, 2. 8.

Charitatis medium efficaciſſimum.

ad

ægritudinem corpoream curari vel
fateor aliquos de ſalute ſuà tam pa
ſpiritualibus ſuis egeſtatibus ſubve
cupiant, conſilia, monita irati re
igitur hujuſmodi homines, ad hæ
cia, vi hujus regulæ non teneri. F
noſtri ipſorum cùm hic tanquam n
ſtri erga vicinum proponitur, intel
rem iſtum rationi congruum, quo
plecti decet: quanquam igitur eo
quo debet non proſequatur, vicin
tim jure ſuo excidit, hic nihilomi
gradum qui iſti reſpondeat, quem
erga ſeipſum exigit, jure optimo ſi
eum à nobis amorem erga nos ipſo
gere, quo animarum noſtrarum c
pellamur, certum eſt. Quanquam
animam negligat & contemnat, n
ciis quæ animæ alterius debentur,
nolo hujuſmodi homines ad hoc o
verbis hortari, cùm nec probabile

enim officio Animabus, Corporibus, Bonis
vicini prodeſſe poſſumus; cum hæc omnia in
men adducant diſſidia & contentio. Beatiſſi-
opus eſt inimicos inter ſe conciliare, autorum
beatitudine remuneratur, aſſerente Chriſto,
5. 9. *Beati pacifici*: hujus igitur officii præ-
li occaſiones omnes captare debemus, operam
& ſolertiam noſtram diligentiſſimè in hoc con-
ut inimicitias & ſimultates omnes diluamus,
guamus; nec tantùm pacem amiſſam reſtitu-
ſed & vigentem tueri debemus; quod variis
is efficitur. Primò, conando ut pretioſiſſima
gemma Pax, omnibus quibuſcum verſaris
in pretio ſit: Secundò, lites & diſſidia quæ
ra conjicimus, tempeſtivè ſupprimendo, aut
nem illis præripiendo: Sæpe prudentem a-
aut vicinum penes eſt, errores iſtos & ſu-
iones tollere, quæ diſſidii & contentionis initia
facilius autem erit & utilius lites præverte-
uàm componere: facilius quidem, contentionem
exardeſcentem, perinde ac flammam, difficiliùs
n gliſcentem ſolummodò extinguimus; utilius
m eſſe hinc patet, quoniam peccata plurima
apertam contentionem per totum ſuum pro-
ſum comitari ſolent, præcludet. *Solomon* aſſe-
in multitudine verborum non deeſſe peccatum,
. 13. 19. Quod de nullo verborum genere tam
quàm de iis quæ fundunt irati, affirmari poſſit:
autem lite jam dudum compoſitâ, manebunt, tan-
n peccata nondum expiata, imputanda; his igi-
nalis temporiùs occurrere charitatis eſt.

Pacis ſtudioſus ſit oportet qui hoc officium in ſe recipit.

16. At ut huic offic diſſidentium conciliatio quis ſit, oportet ut ipſe mis pacis ſtudioſus: quâ te audebit quiſquam a hortari, à quo ipſe abho quomodo ſperare poteſt talis, ſe poſſe a ullis alios inflectere, cùm facile fuerit mo rere, *Hypocrita ejice primò trabem ex* *Mat.* 7. 5. Fac igitur ut idoneus ad ho accedas. Eſt quædam litium ſpecies legal rum, à quibus quaſi huic officio parùm ob nùs cavent homines; leve ducunt de quib litem intendere, & ſi modo cauſa vincan vacare putant: at ſanè ſi eo pacis vero debemus, teneremur viciiis noſtris mol re leviſſimâ exhibere non auderemus: no Chriſtianitate prorſus abhorreat, litem cu generis alicui intendere, ſed eam quæ vel pertinaciâ, vel contentionis ſtudio proc quæ ejuſmodi jus defendit, quo nullâ aut injuriâ noſtrâ cedere poſſumus, aut quæ (huc pejus eſt) injuriam leviſſimam ulciſci v in rebus graviſſimis, qui pacis ſtudio duct de jure ſuo remittit, ad officium Chriſtia ad mentem Apoſtoli propiùs accedit: hic bet, *injuriam potiùs pati & damnum accipe rem judicio experiri*, 1 *Cor.* 6. 7. At ſi ta damnum ut ferri nequeat, adeo ut rem le nere prorſus neceſſe habeamus, paci tamen tuendæ ſtudendum eſt. Primò itaque anim mus non alienos & averſos ab iis quibuſcu mus, ſed amicos & pacatos. Secundò ita ani parati ſimus oportet, ut litis componenda ones ſi ullatenus æquas promptiſſimè ample nec equidem lites has legales cum pacis ſt

hriſtianis præcipitur conſiſtere poſſe
ita afficiantur litigantes. Hoc velim
t ii, quibus voluptati eſt vicinos litibus
uibus hæc occupatio eſt, alios inter ſe
hoc pacis ſtudio neceſſe eſt ut imbuan-
imi, qui ſe ſervos illius haberi volunt,
um pacis appellari gaudet, *Iſa.* 9. 6.
aliquid de ambitu ſeu
jus *Actionum Charita-*
hanc igitur perinde
affectuum non tantùm
os nullà relatione con-
etiam inimicos infeſtiſ-
cti debere certum eſt: de neceſſitate
ſcendi ſuprà egi, nec hic aliquid repe-
tem ſuppoſito, non videbitur ab igno-
iefaciendum difficilis progreſſus: con-
in inimicorum numero diutiùs non
igitur benefacere, non erit carni &
itum; nec alio equidem argumento
s noſtræ ſinceritatem evincere poſſu-
acile eſt, ego huic condono, at ſi obla-
aciendi occaſionem declinas, veterem
dhuc in corde tuo latere patet: ſi con-
ra eſt, non ſegnior erit tua ad benefa-
iico quàm amico propenſio, imò ali-
lior; qui enim verà charitate præditus
habebit opportunitatem, reconciliati-
atem teſtandi, & præcepto Servato-
ciendo eum odio habentibus, parendi,
tatuamus igitur omnia charitatis offi-
nicis præſtanda eſſe, ad quod non tan-
im, ſed & exemplum Chriſti hortatur,
n internâ quidam noſtri contumacium
rum ſuorum inimicorum commiſeratio
ſed etiam eam factis ſuis gravibus quæ-

Hæc actionum charitas uſq; ad inimicos extendenda eſt.

dem & difficilibus vitâ nimirum ſuâ illi conſtantibus teſtatus eſt: nec igitur aut præcepto ſuo parete, aut exemplum ſuum imitari dici poſſumus, ſi noſtrum erga inimicos noſtros amorem, facilioribus iſtis methodis quas nobis commendat Apoſtolus, *Ro.* 12. 20. *ſcil. eſurientes paſcendo*, & id genus, teſtatum facere nolumus: at ſi eo modo benignitatis officia præſtare poſſemus, ut hæc & inimicitias diluendi, & amicitiam conciliandi media fierent, præclara hæc charitatis acceſſio foret: & huc equidem officia noſtra dirigere debemus, hoc enim eſt quod Apoſtolus ſupra memoratis officiis *paſcendi*, &c. tanquam finem proponit, *ut carbones ignis coacervimus in caput ejus*: non quibus abſumatur, ſed quibus amore noſtrî & benevolentiâ accendatur, quibus in benevolentiam eliquetur: nec ſanè aliâ ullâ ratione exemplum Chriſti poſſumus meliùs imitari, qui per omnia quæ vel egit pro nobis vel paſſus eſt, huc ſpectabat, ut nos ſibi conciliaret.

φιλαυτία Charitati huic obeſt.

18. Varias officii noſtri erga vicinum partes jam expoſui: quas ut adimplere poſſimus, nihil magis neceſſarium eſt, quàm ut amorem proprium corde noſtro ejiciamus, qui ſæpiſſimè nos adeo totos occupat, ut nec charitati nec juſtitiæ erga vicinum locum relinquat: per *Amorem proprium* ſeu noſtrî ipſorum, nolo Amorem iſtum ſapientem, qui in curâ & ſolicitudine de animabus noſtris conſiſtit, (hic enim officio huic exſequendo inſerviret, non obeſſet,) ſed immodicum iſtum mundanæ utilitatis & commodi amorem, qui injuſtitiæ omnis & inhumanitatis radix eſt: hunc Amorem Apoſtolus, 2 *Tim.* 3. 2. à fronte numeroſæ peccatorum catervæ collocavit, quaſi ei primas in Satanæ caſtris deferret: nec quidem immerito, nunquam enim ſola ſed ingenti peccatorum multitudi-

ergo ſequente comitata incedit, quæ tanquam
Draconi, *Apoc.* 12. 4. curam omnem officio-
noſtrorum erga alios *ſecum trahunt*; hic ille
eſt qui vehemens nobiſmetipſis, contemptis
placendi ſtudium in nobis accendit, contra
monet Apoſtolus, *Ro.* 15. 2. *Itaque unuſquiſ-
ſtrûm proximo placeat in bonum*, i. e. *ad ejus
ationem*; quam exhortationem exemplo Chri-
mmunit & confirmat, *etenim Chriſtus ſibi ipſi
lacuit*, *ver.* 3. Si igitur charitatem hanc ani-
is noſtris inſeri ſincere cupimus, evellendus eſt
ò hic Amor noſtri, vigere enim eodem in loco
unt.

Sublato autem hoc obſta-
reminiſci decet quòd hæc
a perinde ac reliquæ omnes,
metipſis non debetur, *Dei
m eſt*, enixè itaque rogandus
eſt, ut hanc in cordibus noſtris operari digne-
ut immiſſo ſpiritu ſuo, qui ſemel columbæ ſub
e creaturæ mitis & innocuæ (utpote cui fel non
pparuit, cor tuum ad hanc virtutem conforma-
gnetur, quo viribus ſuis adjutus poſſis officium
ptimè præſtare.

Preces hanc impetrandi medium ſunt.

DE variis iſtis officiorum
generibus, quæ ab initio
oſui, jam diſſerui: & quid ſit
um noſtrum erga Deum, noſ-
pſos, & vicinos noſtros; de
um Servatore noſtro dicam, *hoc fac & vives*,
10. 28. oſtendi: & ſanè impoſſibile non eſt,
um noſtrum eo quem Deus ex miſericordia
pturus eſt gradu, præſtare: hoc eſt *ſincerè*,
quam non *perfectè*: Deus enim non eſt auſte-
lle Dominus, *qui metit, ubi non ſevit*; nihil à
exigit ad quod peragendum vires nobis non

Officia Chriſtiana & poſſibilia & jucunda.

ſuppeditat, niſi nos nobis deſumus, & vel auxilium ſuum prece ardenti non petimus, vel impetratum negligimus: Et ut impoſſibile non eſt officium noſtrum adimplere, ita nec tam grave & triſte onus hoc eſt, quàm vulgo cenſetur: hæc Satanæ non minima aſtutia eſt *inducere*, ut ſpeculatores illi, *Num.* 13. *Famam malam de terra bonâ*, (de optimo ſtatu vitæ Chriſtianæ,) ut nos ab ingreſſu in eam deterreat, neſcio quos gigantes obvios illic nos habituros denuntians: nè nobis autem ſic illudi patiamur, periculum faciamus & veram *Canaon*, terram *ſcil. melle & lacte fluentem* ſentiemus: *Deus non eſt Iſraeli ut deſertum, ut terra fructum perdens, Jer.* 2. 31. Nihil unquam veri & ſolidi gaudii Deo obtemperando amittitur, plurimum percipitur; *Chriſti jugum facile, imo jucundum eſt, & onus ejus leve* imò *commodum.* Eſt equidem in vita verè Chriſtianâ non minima voluptas, quam ſi non percipimus, reluctantiæ & oppoſitione vitioſorum habituum, ex quâ difficultas & moleſtia naſcantur, debetur: quo in caſu primò nobiſmetipſis, eò quòd vitioſos iſtos habitus contrahendo id moleſtum & difficile reddidimus quod per ſe facile & jucundum eſt, non officiis Chriſtiainis imputandum hoc eſt. Secundò quæ ex malis habitibus exſtirpandis & vitioſis conſuetudinibus ſubigendis voluptas naſcitur certaminis moleſtiam longè ſuperat.

Etiam cùm perſecutionibus exponat.

21. At dicat forſan aliquis, eſſe aliqua officia Chriſtianæ Religionis, quæ nos perſecutionibus & calamitatibus in hoc mundo obnoxios reddant; hæ autem gratæ & jucundæ non ſunt ſed moleſtæ. Reſpondeo, in his etiam invenire de quo gaudeamus; hinc Apoſtoli *gaudebant quod digni cenſebantur qui propter nomen Chriſti paterentur*, & Sanctus *Petrus*, *Si quis ut*

Chri-

Chriſtianus malo afficiatur, hortatur ut is *non pudefiat, imò glorificet Deum hoc reſpectu*, 1 *Pet.* 4. 16. Ea eſt teſtimonii bonæ conſcientiæ vis & efficacia, quòd maximam afflictionem in maximi triumphi materiam immutare valet: quod teſtimonium nunquam clarius & vivacius eſt, quàm cùm propter juſtitiam patimur: Chriſtianitatem igitur etiam pullatis veſtibus indutam, amabilem eſſe patet; interna ejus gaudia externas tribulationes longè ſuperant, idque in ipſo afflictionum momento, etiam dum in terris militamus : at ſi oculos noſtros in victoriæ noſtræ coronam, æterna cœli gaudia, intendimus, nihil grave, nihil moleſtum, nullâ licet voluptate in præſentiarum temperatum, quod tanta in poſterum prœmia expectant, cenſebimus; quamcunque graves eſſent labores noſtri, non eſſet cur oneri languentes ſuccumberimus; ſi quando igitur nobis difficultates occurrant, infixos diviti prœmio oculos tenentes, *per tolerantiam propoſitum nobis ſtadium decurramus*, ducem ſalutis noſtræ per acerbiſſimas afflictiones, imò per rubrum mare ſanguinis nos præeuntem ſequamur, ſi quando hoc obedientia poſtulat; jacturam enim nullam facimus, fidelitatem noſtram etiam morte noſtrâ teſtantes, ſic enim patientibus *Coronam vitæ* promiſit Chriſtus, cujus expectatio Chriſtianum etiam compedimus vinctum & in carcerem ſubterraneum detruſum majori gaudio perfunderet, quàm aliquem mundo deditum maximæ ſuæ proſperitates.

Periculum differendi converſionem noſtrum ad Deum.

22. Reſtat tantùm, ut Lectorem orem obteſtérque, ut nullâ morâ interpoſitâ ad jucundum hoc & quæſtuoſum vitæ inſtitutum ſe conferat, ut operam ſincerè det iis omnibus quæ vel ex hoc libro, aut aliunde ſui eſſe officii didicerit, adimplendis.

dis : Et quò longiùs antea à viâ ſuâ aberraver
citiùs ad eam redeat oportet, & in ea prope
ambulet ; ſi cui longum reſtet iter conficie
multumque diei errore viæ abſumitur, hun
viam redeat, aut ut acceleret, pluribus verb
tari opus non eſt. Hic tamen uniuſcujuſque
tam in peccato aliquo degit, ſtatus eſt ; vi
incedit,quæ nunquam ad locum optatum, a
certiùs ad locum quem maximè perhorreſcit
multum diei elapſum eſt, quantum ad iter
endum ſuperſit, incertum eſt ; horâ forſan i
mento proximo nox eos mortis opprimere
quantæ igitur dementiæ eſt hîc cunctante
quæ ad certam perniciem ducit,ad eam non
quæ ducit ad beatitudinem & gloriam? Eo u
men ſeductione peccati excæcantur & deme
homines, ut nullis precibus, nullis argum
mutationem hanc tam ſapientem, tam nece
adduci poſſint; neceſſariam eſſe fatentur, &
procraſtinari vellent, voluptatibus peccati
pene vitam vellent indulgere, & totum ani
negotium aut inſtante jam morte, aut ſalte
antea, conficere : at celſius eſt Cœlum quàr
tu conſcenderetur, via per longum ducit &
tim ſurgentem clivum, non niſi longo tem
perandum. De procraſtinationis hujus peri
ſiùs diſſerui de pœnitentia agens : Nihil igi
repetam. Lectorem obſecro ut ea ſeriò per
& ſentiet Sapientem optimè conſulere, *E*
Ne differas te ad Dominum convertere, nequ
as de die in diem.

F I N I S.

PRECES

PRIVATÆ

Variis Occaſionibus

ORDINARIIS

&

EXTRAORDINARIIS

Accommodatæ.

Anno MDCCIV.

›r Chriſtiane,
.ATIONEM PRIVATARUM FORMU-
LAS *aliquot hic conſcripſi in Devotionis tuæ ſub-*
n: Si quis hic alias in uſus Familiarum deſiderari
ıtur, ſciat velim non hoc ideo à me omitti, quaſi
n in Familiâ non ſecus ac in conclavi non ſenſerim
dum; ſed quoniam Familiarum neceſſitatibus
identiâ Dei & Eccleſiæ melius LITURGIA
LIBRO PRECUM COMMUNIUM *con-*
ıto, conſultum eſſe arbitror, quàm ullâ operâ
poſſet: hic enim ſi petitiones publicas (quales ſunt
iliæ) ſpectemus, Formulas tam præſtantes, tam
es continet, ut de hoc libro pronuntiare licet, ut
rid de gladio Goliæ, 1 *Sam.* 21.9. Non eſt al-
ei ſimilis.

MONITA MATUTINA.

'ane experrectus, hâc aut ſimili Oratiunculâ cor tuum ad Deum ſurſum tollito.

)OMINE qui corpus meum è ſomno ex-
pergefeciſti, animam oro meam è peccato ex-
ɪrgefacias; & fac quæſo ut hunc diem & totum
ıod ſupereſt vitæ, ita coram te ambulem, ut tubâ
›viſſimâ è ſepulchro expergefactus, ſurgam ad
.tam immortalem per Jeſum Chriſtum.

SIC exorſus, mentem tuam (niſi urgente neceſſitate) terrenis cogitationibus occupari, priuſquam ſolemniores Deo omnipotenti Preces obtuliſti, ne permittito: dum itaque veſtes induis (in quo plus temporis, quàm communis Decori ratio poſtulat, abſumere non licet) cogitationibus aliquot ſpiritualibus mentem tuam occupatam teneto: v. c. quibus te Tentationibus aut hujus diei negotium, aut comites tui objecturi ſint perpende, & te firmis contra has propoſitis munito: aut, quænam ſe oblaturæ ſint, aut Dei gloriæ aut charitati inſerviendi occaſiones, eaſque te amplexurum eſſe ſtatuas; & ut ſtudio & induſtriâ tuâ eas his finibus utiliores reddas, fac ſeriò deliberes: At præcipuè examinare decet, an in errorem aliquem inſcius incideris qui te heri veſperi diſcutientem teipſum latuit, ſeu in novum aliquem ab eo tempore prolapſus ſis. Si quid ab his temporis ſuperſit, poſſit commodè in Reſurrectione generali (cujus noſtra è lectis reſurrectio imago quædam eſt) ut & tremendo hanc Judicio ſubſequuturo meditando; & tecum quàm ſis huic paratus conſidera; & in hoc quodlibet momentum impendendum eſſe ſtatuas, ut poſſis vitæ anteactæ rationem pulcherrimam tunc temporis reddere. Veſtitus in locum aliquem ſecretum te recipias, ibique Sacrificium tuum Matutinum Laudis & Orationis Deo offerto.

PRECES

PRECES MATUTINÆ.

Genibus flexis ſic exordire,

SAncta, beata, & glorioſa Trinitas, tres Perſonæ, unus Deus, miſerere mei miſeri peccatoris.

DOmine neſcio quid petam prout decet, ſuccurrat Spiritus tuus infirmitatibus meis, & afflatu ſuo efficiat, ut Sacrificium Spirituale tibi per Jeſum Chriſtum acceptum offeram.

Gratiarum actio.

BEnigniſſime Domine, *benignitas tua in ſæculum perdurat*, ego Servus tuus indignus, bonis tuis cumulatus, tibi tributi vice humillimas meas laudes offerre cupio: in te, Domine, *vivo*, *moveo*, & *ſum*; Tu me primùm condidiſti, & ut fœlix non miſer eſſem, filium tuum de ſinu tuo miſiſti, ut me à peccatorum poteſtate gratiâ ſuâ, à ſupplicio ſanguine ſuo redimeret, & ad gloriam & ſanguine & gratiâ ſuâ viam mihi aperiet: ex ſummâ miſericordiâ, me intra Chriſtianæ Eccleſiæ gremium naſci voluiſti, in quo tibi infans adhuc per Baptiſmum conſecratus, ſpiritualia omnia auxilia, quibus adjutus poſſem votum tunc temporis factum tibi præſtare, aſſecutus ſum; & quanquam præ contumaciâ aut negligentiâ ego ab officio meo defecerim, tu tamen ex immenſâ miſericordiâ, me non dereliquiſti, *ſed ad pœnitentiam* benigniſſimè hortatus es, &

media

media omnia ei promovendæ inſervientia, ſive externa, ſive interna, ſubminiſtrâſti ; & incredibili patientiâ uſus me in ipſis peccatorum mortalium actibus è medio prout merui non ſuſtuliſti: Tuæ ô Domine gratiæ retrahenti tribuendum eſt, quòd in maxima peccata non prolapſus ſim, Tuæque gratiæ aſſiſtenti & incitanti, quòd quid boni etiam minimi fecerem; non igitur mihi, non mihi, Domine, ſed Nomini tuo in ſolidum laus ſit. Propter has & cæteras omnes ſpirituales tuas Benedictiones, magnificat te Domine anima mea; & quicquid intra me eſt, laudat Sanctum Nomen tuum. Te etiam propter plurima bona externa, veluti proſperam valetudinem, amicos, victum & amictum, neceſſaria ſubſidia ut & ſolatia vitæ hujus, diurnam tuam protectionem, quâ pericula à me & meis propulſantur, & propter miſericordiam iſtam quæ me periculis in quæ incidi extraxit, quæque afflictiones iſtas quas prorſus tollere tibi non viſum eſt, lenivit & mitigavit, ſpeciatim propter tuam mei nocte proximè elapſa protectionem ; propter hæc omnia & alia multa beneficia tua in me collata, laudibus celebro nomen tuum Domine! Fac quæſo Domine ut te non tantùm fructu labiorum meorum, ſed obedientià vitæ meæ colam, ut bona hæc præſentia majorum futurorum quæ te amantibus præparaſti arrha ſint! Hoc illius, quem æternæ ſalutis omnibus ei obtemperantibus autorem feciſti, nempe Jeſu Chriſti nomine ſupplex peto.

Cor-

Confeſſio.

O Juſte Domine, qui iniquitatem odio habes, me miſerum peccatorem ad pedes tuos proſterno, agnoſcens me juſtiſſimè meruiſſe à te derelinqui & odio haberi: iniquitatem enim tanquam aquam potavi, vitamque in peccato & perduellione contra te egi, ea quotidie quæ prohibuiſti perpetrans, & quæ juſſiſti omittens; cor meum quod Spiritûs tui habitaculum eſſe debet, factum eſt avium obſcœnarum, *i. e.* fœdorum & rebellium affectuum, cavea: & ex abundantiâ cordis mei, os meum loquitur, manus meæ agunt, adeo ut cogitatione, verbo, & facto contra te quotidie peccem: (*hic peccatorum atrociſſima recitato*) Imò Domine bonitate tuâ, quâ me ad pœnitentiam duci oportuit, contemptâ, cor meum contra media omnia quibus emendationem meam aggreſſus es, obduravi: quid tandem igitur à te Domine expectem, niſi judicium & indignationem igneam, meritum peccatorum meorum prœmium? At tecum miſericordia eſt, ut metuaris; me quæſo ingeneratâ mihi profundâ & ſincerâ pœnitentiâ, miſericordiæ tuæ reddas capacem, & pro bonitate tuâ avertas à me iram & indignationem tuam; me in filio tuo, meo beatiſſimo ſervatore intuere, & ad merita & paſſiones ejus reſpiciens, peccata mihi omnia condonato. Et cor meum obſecro te Domine, vi gratiæ tuæ purga & renovato, ut nova factus creatura, omni malo penitus renuntiem, & quod ſupereſt vitæ, in conſtanti, ſincerâ, & univerſali præceptorum tuorum obedientiâ agam, ut bonum & fidelem ſervum hîc me præſtans, tandem in gaudia Domini mei ex ſummâ tuâ clementiâ ingrediar! hoc concedas oro *per Jeſum Chriſtum,*

Oratio

Oratio pro Gratiâ.

BEnigniſſime Deus, à quo bonum omne & perfectum donum provenit, efficias quæſo ut ego miſer, qui ex meipſo nec bonam cogitationem cogitare poſſum, gratià tuâ adjutus, ea & velim, & agam quæ tibi grata ſunt: mentem meam illumina, ut te cognoſcam, nec ſterilis ſim & rudis in iſta ſcientia, Efficias quæſo in corde meo veram fidem, purificantem ſpem,& ſincerum amorem tui; largire mihi immotam in te Fidem, Zelum pro te, & Reverentiam erga omnia quæ tibi conſecrantur, aut ad te referuntur;fac ut à te offendendo tremulus abhorream, ut miſericordias tuas gratus agnoſcam, ut caſtigationes tuas humilis patiar, ut in ſervitio tuo ferventiori animo ſim, ut peccata mea contritus defleam; & concenas ut in omnibus ita me geram prout creaturam erga Creatorem ſuum, ſervum erga Dominum ſuum decet! Fac etiam ut illud officium quod mihi ipſi debeo,exſequar: manſuetudinem, animi remiſſionem,continentiam,mihi largire, ut animam meam patientiâ & gratitudine poſſideam: me in officiis omnibus ſedulum, contra tentationes omnes vigilem, perfectè purum & abſtemium, & in voluptatibus licitas tam moderatum efficias, ut hæ me ne unquam illaqueent: me etiam ita erga vicinum meum animatum reddas ut Regiam legem tuam, quâ *proximum ſicut meipſum diligere* jubeor, ne unquam tranſgrediar. Fac omnes Juſtitiæ partes adimpleam, ea omnia quæ jure quocunque proximo meo debentur, tribuendo: & ea mihi miſericordiæ & compaſſionis viſcera concedas, ut nulla charitatis officia deſeram, ſive erga ami-

cos, ſive inimicos, ſecundum tuum præceptum & exemplum. Obſecro te denique, Domine, ut me totum ſanctifices, ut *integer ſpiritus meus*, *anima & corpus inculpatè uſque in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti conſerventur*, cui unà tecum & ſpiritu ſancto ſit honos & gloria in æternum. *Amen.*

Interceſſio.

BEate Domine, cujus miſericordia eſt ſuper omnia opera tua, omnium hominum miſerere obſecro, & concedas, ut ingens illud redemptionis pretium quod filius tuus perſolvit, efficax ſit ad omnes redimendos. Gratiam tuam illuminantem in tenebris ſedentibus, gratiam convertentem in peccatis degentibus concedas. Commiſeratione teNerrimà Eccleſiam Univerſalem intuere, propitius eſto & benignus *Sioni*; ædificato muros *Hieroſolymæ*; omnes nomen tuum profitentes puritate & ſanctitate unito, & ſibi invicem fraterno amore conjungito. Miſerere *Hujus* Eccleſiæ deſolatæ, & Gentis hujus peccatricis: commoviſti terram & diffregiſti eam, cura fragmenta ejus, nam vacillat; fac nos peccatorum noſtrorum quæ tuam in nos iram tuam concitârunt, tam ſincerè pœniteat, ut te etiam reverſum pœniteat, & reliquam facias poſt te benedictionem. Benedicas eis quos nobis præfeciſti, ſive in Eccleſia, ſive Republicâ; ita animos eorum regas manuſque corrobores, ut nec potentia eos nec animus deficiat, quibus impietatem & vitium puniant, & veram Dei Religionem & virtutem tueantur: miſerere afflictorum, ſis pater Orphanis, cauſam agas Viduæ, conſoleris eos qui puſillo animo ſunt, infirmos ſuffulcias, ægris

me-

cas omnibus de me male meritis, aut mi
optantibus: & in illis & me bonum il
efficias quo acceptus ſim in conſpectu tu
ſum Chriſtum, *Amen.*

Pro Tutelâ.

O Deus Miſericors, cujus bonitati del
hic dies vitæ meæ adjicitur; ita n
hoc die gratià tuà regas, ut nihil agam
gloria tua minuatur, vel anima mea vulne
ad ea omnia bona opera, quæ nobis agenc
piſti, ſedulo exſequenda me conferam: &
Domine præcipias Angelis tuis de me, u
vent me in omnibus viis meis, ut nihil n
contingat, nec peſtis ulla domum meam a
quet, ſed ut ego ut mei in tuto degant ſul
tuo per Jeſum Chriſtum.

℣ Cognoſcas quæſo Domine cogitationum

Monita Nocturna.

NOcte priuſquam cubitum eas, tecum cogita quomodo diem elapſum egeris : cor tuum ſcrutare, interroga teipſum quid aut cogitatione, verbo, aut facto peccaveris ; quam opportunitatem bonum aliquod faciendi omiſeris ; & quicquid invenieris in te culpandum, hoc coram Deo cum humilitate & pœnitentiâ fatere ; propoſita de vitâ emendandâ de novo inito, & veniam poſce Deum in Chriſto, idque non obiter & perfunctoriè, ſed ardenti cum animi devotione, & ſinceritate, quale faceres ſi mors tua tam prope adeſſet quàm ſomnus, quod an ita revera ſit in incerto eſt, ideoque ut non mori, ita nec dormire nondum Deo reconciliatus audere debes. Secundo, conſidera quas ſpeciales & extraordinarias miſericordias die elapſo acceperis, veluti ſi periculo aliquo ingenti ereptus, ſive hoc internum hominem ut tentatio, ſive externum ut malum aliquod externum adoriebatur ; & Deum qui te tutatus eſt ſincerâ & devotâ laude collito : At ſi nihil extraordinarium acciderit, ſi nec pericula te appropinquârunt, eò magis laudandus Deus eſt, qui ſic te cuſtodiâ ſuâ munivit, ut nec metu mali alicujus perculſus fueris : nè itaque ei humillimarum gratiarum tributum pendere obliviſcaris, ſi non propter liberationem aliquam extraordinariam, at ſaltem propter quotidianam ejus. At imprimis conari, ut cor tuum miſericordiarum ejus frequenti meditatione affectum ei arctiùs adhæreat, & memor eſto te quovis illius novo beneficio ad amorem & obſequium ejus ſtrictiùs obligari.

PRECES NOCTURN

O Sancta, beata & glorioſa Trinitas, tre
næ, unus Deus, miſerere mei miſeri pe
Neſciò Domine quid petendum, prout de
currat ſpiritus tuus infirmitatibus meis, &
ut ſacrificium ſpirituale tibi offeram accep
per Jeſum Chriſtum.

Confeſſio.

SAnctiſſime Domine Deus, qui puriorem oc
es quàm ut iniquitatem intuearis, qu
audere potuero ipſe miſer immundiſſimus ir
ctum tuum prodire, qui nihil aliud quàm ſ
inquinamentum ſum? In ipſa naturâ meâ
tus ſum, à bono omni averſus, & ad omne
proclivis: at me corruptiorem adhuc reddi
libus meis peccatis & vitioſis habitibus: C
meum erga te, vicinum meum & meipſa
cogitatione, verbo, & opere trangreſſus ſum,
ciens quæ diſertè prohibuiſti, ea autem quæ
omittens. Nec hoc tantùm per ignorantian
firmitatem, ſed ſcienter & voluntariò, contr
ſpiritûs tui, & monita Conſcientiæ meæ co
um ſuadentis; & quod hoc omne reddi
modum nefarium & nefandum, has quotidie
cationes contra te de novo committere perſt
obſtantibus vocationibus tuis, meiſque & pr
& votis de vitâ emendandâ conceptis: imò hoc i
nova prioribus ſceleribus addere non ſum verit
diei peccata commemoranda) Et jam Domi

dicam, aut quomodo os meum aperiam, quoniam hæc feci? Scio mercedem horum peccatorum eſſe mortem: at tu qui non vis mortem peccatoris, miſerere mei; effice, oro te, in me ſinceram Contritionem, & perfectum peccatorum meorum odium, nec patiaris ut ea tibi quotidiè confitear & tamen quotidiè committam; ſed concedas quæſo ut hoc ipſo momento repudiatis in æternum cupiditatibus meis, etiam quas chariſſimas habui, deſponſer tibi in veritate juſtitiâ & ſanctitate, & pro omnibus peccatis meis preteritis reconciliationem, expiationem accipias; Redemptionis pretium à Filio tuo ſolutum accipias, & propter illum quem propitiationem præſtituiſti, condonato mihi offenſas meas, & in gratiam me recipito: & quum pacem animæ meæ locutus fueris, me quæſo Domine cohibeas & conſerves, nè iterum in ſtultitiam redeam; ſed ſic me in poſterum gratiâ tuâ confirmes, ut nulla tentatio Diaboli, mundi aut carnis meæ, me valeat allicere in peccatum contra te, ut à peccato liberatus & factus ſervus Dei, fructum meum in ſanctimoniam habeam, & finem meum vitam æternam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Gratiarum Actio.

O Pater Miſericordiarum, qui etiam in ingratos te benignum exhibes, me fateor gratioſiſſimi hujus Attributi effectus abundè expertum eſſe; non obſtantibus enim quotidianis quibus te irritavi peccatis, tu me pergis miſericordiis tuis & beneficiis cumulare. Beneficia tua ſpiritualia rejecta licèt à me & contempta non ſubduxiſti, ſed ex divitiis bonitatis & longanimitatis tuæ mihi gratiam & vitam offerre in filio tuo pergis: nec meum benedi-

S

aud

ctum

in pu

tas fu

preci

libus m

meum

cogitatio

ciens quæ

mittens.

firmitaten

ſpiritûs tu

um ſuaden

modum neli

cationes cont

obſtanti

M veſtes exuis, tecum cogita, inſtare tempus uo etiam corpus exuendum eſt, & anima nuda t eſt coram Tribunali Dei: eam igit ur conar ndam & nitidam pœnitentiâ & ſanctitate redt qui iniquitatem intueri nequit, eam benignè ur & accipiat.

te Sepulchri admoneat, & decumbens dicas:

te Servator, qui pretioſì tuâ morte & ſechro, mortem ſtimulo ſuo & ſepulchrum exarmâſti, concedas ut lætos victoriæ tuæ percipiam, & tu mihi ſis in vitâ & morte

e ſimul cubabo & dormiam, cùm te Jeho facias ut ſecurè habitem.

us tuas commendo Spiritum meum, Tu eredemiſti, O Domine, Deus veritatis.

---

itivâ Eccleſiâ, *erant præter mane & veſpe atuor alia ſtata precum tempora* Horæ pre*ata, quæ ſanctè obſervabant iſtius ævi Chriius erat tunc temporis Chriſtianorum ferreor nè in tepido hoc ſæculo nimiam auſteere videatur, hoc omnibus exemplum prood tamen reticere non potui, monendi enim unt qui per negotia neceſſaria non impedianimitari decere, & præter* Officia *hic con*tuor *etiam* illa tempora *precibus publicis atis impendere: Et ut nemini deſit quo ſuam his temporibus exerceat, varias s pro variis Gratiis, quibus tot tionis quiſque utatur, quot aut*

Y 3 zelus

ctionum tuarum ſpiritualium abuſum, earum ademptione puniviſti, ſed earum mihi copiam ſuppeditare pergis; hujus diei peccata prout jure potuiſti, non vindicâſti, me inopio excidio opprimens, ſed mihi peperciſti, méque conſervâſti pro magnitudine miſericordiæ tuæ (*hic commemorato miſericordias diei elapſæ.*) Quid reddam tibi Domine pro omnibus hiſce beneficiis quibus me affeciſti? hæc tua me Domine bonitas ad pœnitentiam ducat, & fac non tantùm gratias tibi meas & laudes offeram, ſed etiam vitam meam rectè inſtituam, ut tandem videam ſalutem Dei per Jeſum Chriſtum.

Hic adhibenda eſt Oratio pro Gratiâ, & Interceſſio Matutina.

Pro Tutelâ.

O Beate Domine, Cuſtos *Iſraelis*, qui nec dormitas, nec dormis, excubias age ſummâ ex miſericordiâ circa me hanc noctem, me gratiâ tua ab operibus tenebrarum cohibeto, & potentiâ tuâ à periculis omnibus defendito; ſomnum mihi moderatum & refrigerantem concedas, quò ad munia diei ſequentis paratior efficiar; fac etiam, Domine, ut illius temporis quo in pulvere decumbendum erit, ſemper memor ſim; & quoniam nec horam ſcio nec diem adventûs Domini mei, concedas mihi gratiam tuam, ut ſemper paratus ſim, ut ſemper in tali ſtatu vivam, in quo non metuam mori, ſed ut ſive vivam, Domino vivam, ſive moriar, Domino moriar, ita ut vivens & moriens tuus ſim per Jeſum Chriſtum.

Eâdem cum Oratione concludas quâ manè.

DUM

DUM veſtes exuis, tecum cogita, inſtare tempus quo etiam corpus exuendum eſt, & anima nuda ſiſtenda eſt coram Tribunali Dei: eam igitur conare tam mundam & nitidam pœnitentiâ & ſanctitate reddere, ut qui iniquitatem intueri nequit, eam benignè intueatur & accipiat.

Lectus te Sepulchri admoneat, & decumbens dicas:

O Beate Servator, qui pretioſì tuà morte & ſepulchro, mortem ſtimulo ſuo & ſepulchrum potentià exarmâſti, concedas ut lætos victoriæ tuæ fructus percipiam, & tu mihi ſis in vitâ & morte præſidio.

In pace ſimul cubabo & dormiam, cùm te Jehovah ſolus facias ut ſecurè habitem.

In manus tuas commendo Spiritum meum, Tu enim eum redemiſti, O Domine, Deus veritatis.

IN Primitivâ Eccleſiâ, *erant præter mane & veſperam quatuor alia ſtata precum tempora* Horæ precum *appellata, quæ ſanctè obſervabant iſtius ævi Chriſtiani, tantus erat tunc temporis Chriſtianorum fervor; at vereor nè in tepido hoc ſæculo nimiam auſteritatem ſapere videatur, hoc omnibus exemplum proponere; quod tamen reticere non potui, monendi enim ſunt, ſi qui ſunt qui per negotia neceſſaria non impediantur, hoc illos imitari decere, & præter* Officia *hic conſcripta,* Quatuor *etiam* illa tempora *precibus publicis ſimul & privatis impendere: Et ut nemini deſit quo Devotionem ſuam his temporibus exerceat, varias hic adjeci* Collectas *pro variis Gratiis, quibus tot quovis tempore precationis quiſque utatur, quot aut*

zelus ſuus aut tempus patitur; adjectâ ſi libet confeſſione aut matutinâ aut nocturnâ nunquam omiſſâ Oratione Dominica.

Si quis autem eo vitæ genere implicetur ut per negotia tam frequenti & ſolenni Devotioni non vacet; nemo tamen ſanè eſt, qui tanta negotiorum multitudine diſtinetur, quin Orationem Dominicam *aliquoties per diem repetat, quod faciat ſi plures Orationes recitare non vacat: quoniam autem Chriſtiani proprium eſt* ſe ut municipem Cœlorum gerere, Phil. 3. 20. *ideo præter ſtata precationis tempora, cum decet ſæpiùs in die, animam ſuam brevibus & ſubitis* Ejaculationibus *ſurſum dirigere; ad quod genus devotionis nullus eſſe poteſt, cui tempus non ſuppetat: hoc enim quiſque etiam occupatus poſſit; hoc opifex poſſit, etiam dum operi inſtat; hoc Agricola dum ſtivam tenet. Nè autem illi materia deſit, cui tempus ad hoc opus deeſſe nequit non inutile fore duxi, ſi ex locupleti penu,* Libro Pſalmorum, *Textus aliquot idoneos ſeligam, qui ſi memoriter teneantur, paratum ſemper futuri ſunt Devotioni ejus ſubſidium; & cum eorum varia ſint argumenta, aliquorum remiſſio peccatorum, aliorum gratia; aliquorum lumen vultûs Divini; aliorum Eccleſia; aliorum Gratiarum actiones, &c. unuſquiſque delectum faciat pro præſenti Animæ ſuæ neceſſitate & ſtatu: Hos denique Textus non tanquam Collectionem perfectam & abſolutam congeſſi, ſed ut his prælibatis excitetur Lectori ſitis, & ipſe alios in eo Libro & reliquis Sacræ Scripturæ partibus inveſtiget.*

COLLECTÆ pro variis GRATIIS.

Pro Fide impetrandâ.

O Beate Domine, cui ſine fide placere impoſſibile eſt, eam in me fidem operetur quæſo Spiritus tuus, quæ tibi accepta ſit, nempe per amorem efficacem: nè ſinas quæſo ut fide mortuâ & inefficaci contentus acquieſcam, ſed talem mihi largire quæ ſe fructu ſuo oſtendat; victricem nimirum fidem, qui mundum ſuperare poſſim, & imagini Chriſti in quem credo conformis fiam, ut tandem finem fidei meæ accipiam, ſalutem ſcil. animæ meæ per Jeſum Chriſtum.

Pro Spe.

O Domine, fiducia omnium extremitatum terræ, nè me ſinas unquam ſpe bene fundatâ deſtitui, nec vanâ præſidentia inflari: nè me ſinas cogitare, Te aut peccatis meis poſſe conciliari, aut pœnitentiam rejicere; ſed talem quæſo mihi ſpem ingenerato, quæ vero ſpei fundamento nitatur, promiſſis nempe tuis, quæ mihi & ſtimulum & vires addant purificanti meipſum ab omni inquinamento ſpiritûs & carnis, ut ita quidem fiat mihi ancora animæ tuta & firma, & ingrediens uſque in ea quæ ſunt intra velum, quò præcurſor pro me ingreſſus eſt Jeſus Chriſtus, pontifex meus & beatus Redemptor.

Pro Amore Dei.

O Sanćte & Benigne Domine, qui in teipſo infinitè excellens es, & erga me infinitè beneficus & miſericors, nè ſinas obſecro, cor meum eo uſque indurari illecebris peccati, ut tot amoris argumentis inexpugnabile maneat, ſed efficias ut hæc omnia animam meam vivo & diuturno excellentiæ & bonitatis tuæ ſenſu afficiant. Domine tibi viſum eſt cor meum exigere, in quod tu ſolus jus habes: nè ſim ſacrilegè injuſtus, ejus partem aliquam alienando, ſed efficias ut tibi totam & integram reddam. Vides autem Deus hoc jamdudum ab aliis occupari, mundus cum vanitatibus ejus illud invaſit, qui tanquam validus quidam armatus poſſeſſionem ſuam cuſtodit; at tu validior ſuperveniens, eripe ei cor hoc te indignum, & tanquam ſpolium tuum retineto; & purificanti amoris tui igne purgato,ut fiat habitaculum ſpiritu tuo dignum: Domine ſi tibi videtur, concedas ut gaudia iſta & ecſtaſes Amoris ſentiam, quibus adeo ſupra ſe rapti ſunt ſanćti tui: ſi ipſe neſcio quid petam, ſi non licet mihi locum meum in Regno tuo delegere, concedas tamen Domine ut de poculo tuo bibam; largire mihi eam ſinceritatem & eos gradus Amoris, quibus confirmatus quævis mala tui gratiâ perferre poſſim: tam perfećtum mihi amorem concedas,ut & metum & ignaviam ejiciat,ut nihil tam moleſtum videatur quod tolerare, nihil tam difficile quod exſequi recuſem, ut tibi morem geram; ut ita Amorem meum præceptorum tuorum obſervatione comprobans, poſſim tandem miſericordiâ tuâ coronam iſtam vitæ obtinere, quam omnibus te amantibus pollicitus es, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Pro Sinceritate.

ιnčte Domine, qui Veritate delectaris in præ-
ordiis, me quæſo ab omni hypocriſi & diſ-
ıtione purgato: Cor Domine ſupra omnia
ax eſt, & cor meum ſupra omnia corda men-
O qui corda & renes ſcrutaris, proba me,
ı cordis mei explorato, nec exſecrabile
ıiam in me latere ſinas; purificato me etiam
ιnodo ſcoriam meam conſumas; ô Domine,
mponere nequeo, at mihi ipſi facilè; ne patia-
ıæſo ut in ejuſmodi deceptione acquieſcam: ſed
ıs ut & videam & odio habeam corruptiones
abditiſſimas; ut nullam cupiditatem adama-
foveam; ſed *Amalekitas* internecione de-
; nè me ſinas pacem mihi ipſi loqui, cùm pax
ſit; ſed fac ut eam de me ſententiam feram,
ı tu fers, ut nunquam ſim mihi ipſi, donec eti-
tibi reconciliatus; & puritate cordis idoneus
ır, qui te videam in Regno tuo per Jeſum
ſtum.

Pro Fervore in Oratione.

ıigne Domine Deus, qui non tantùm permit-
is, ſed hortaris nos miſeros & indigos mortales
ıones noſtras tibi offerre; concedas quæſo ut
ui quovis momento miſericordiarum tuarum
lio indigeo, aſſiduus ſim in precibus: agnoſco
ine hoc mihi & ſummo honori & utilitati
mæ eſſe, quod in conſpectum tuum admittor;
brutum tamen & ſtupidum eſt cor hoc profa-
ut occaſiones hujuſmodi aut vitet, aut

cedendo delecter; & ut te eâ cum re
quæ tam tremendam Majeſtaten
ceat: eo cum animi fervore qui nec
rum magnitudinem deceat: eâ cum
one, quam cogitationum evagatio
pat, nè unquam iterum incurram
propinquandi labiis meis, abſente
nec preces meæ in peccatum vertan
tam ut accipiam, ſic quæram ut in
ſem ut mihi aperiatur; ut preces n
laudes æternas in gloriâ tuâ com
Merita & Mediationem Jeſu Chriſt

Pro Humilitate.

O ſublimis & excelſe Deus, qui
colis, & etiam cum eo qui att
ſuſque ſpiritu habitare dignaris; inſ
cor meum excellentem iſtam gratia
quæ faſtum omnem & elationem
Me Domine miſeriæ me potenter re

objurgationibus tuis ſubjiciam, ſed ut æquè feram me à Chriſtianis conſervis meis reprehendi, & cum manſuetudine monitis ſuis paream: Da quæſo ut ita me erga omnes geram, ut nihil agam per contentionem aut inanem gloriam. In quem finem da quæſo ut ex demiſſione animi unumquemque mihi ipſi præferam, atque etiam ab aliis mihi præferri facilis patiar; ut altam de me ipſo opinionem non foveam, nec cupiam unus omnibus præeminere; ſed ut contemptâ inani hominum laude, laudem iſtam ſolummodo quæ à te provenit quæram; ut abdicatis jam humilibus iſtis & planè ſervilibus Artibus quibus opinionem hominum aucupatus fuerim, omnem operam & induſtriam meam ad hoc conferam, ut gratiam tuam ineam, qui reſiſtis ſuperbis & das gratiam humilibus: hæc quæſo concedas Domine propter illius merita, qui ſe uſque ad mortem crucis demiſit, Jeſu Chriſti.

Pro Timore Dei.

O Glorioſa Majeſtas, Tu qui ſolus ſublimis es & metuendus, Animam meam ſanctâ tui reverentiâ & timore imbue, ut Nomen tuum quo decet honore colam, & eam rebus omnibus ad te relatis reverentiam exhibeam, ut nunquam ſacrum aliquid profanem aut ſacrilegè aliquid invadam tibi conſecratum: & quoniam tu Domine, Deus es, qui eos abſolvere nonvis, da quæſo ut juſtitiæ tuæ metu coercitus te non audeam ad iram proritare: nec me ſinas adeo in objecto metûs mei errare, ut nullâ Domini conditoris mei ratione habitâ, hominem moriturum metuam, aut filium hominis qui fiet ut gramen: ſed animam meam timore Domini, qui ſapientiæ initium eſt, quo brutos meos appetitus

re-

O Domine omnipotens, qui nunquam
in te credentes, largire mihi quæſo gı
in omnibus difficultatibus & anguſtiis n
confugiam, in te acquieſcam, & à te p
conſervabis illum Domine in pace perfe
animus in te ſtabilitur ; fac huic firmæ
innixus, hanc fractis mundanorum aı
arundinibus nunquam permutem ; ne
animum meum curis mundanis divelli,
de craſtino quid edam, quid bibam, aut q
am, ſed da te quæſo ut officio meo probè
functus, me alacriter providentiæ tuæ con
conjiciens in te omnem curam meam, &
ſolicitus niſi ut eorum ex numero ſim quo
tuis agniturus es, & quorum curam ſuſcipi
nimirum qui tua teſtimonia cuſtodiunt,&
ſunt mandatorum tuorum ut ea faciant;
ram primò regnum Dei & Juſtitiam ejus,
nia externa adjiciantur mihi pro menſur

Pro Gratitudine.

igniſſime & munificentiſſime Domine, qui nnia viventia bonitate tuâ ſtaturas, nec aliam enſationem expectas quàm laudem & gratia-ctionem; da te quæſo Domine,ut te nunquam evi tributo fraudem, ſed impleatur ſemper eum ſenſu,& os meum agnitione miſericordi-tuarum. Læta & jucunda res eſt gratias age-è me quæſo ſinas parte meâ voluptatis iſtius i, ſed ut quotidie benedictiones à te accipio, te quæſo ut ab animo tui ſtudioſiſſimo & tibi ſſimo, tibi gratias offeram, & da te quæſo ut ntùm labiis ſed etiam vitâ meâ laudem tuam am, memet ſervitio tuo addicendo, & ambu-coram te in ſanctitate & juſtitiâ omnes dies ieæ, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum um Redemptorem.

Pro Contritione.

ncteDomine,qui verè pœnitentes miſericordiâ à complecteris, at adverſus obſtinatos pecca-te ignem conſumentem exhibes: quomodo am miſer, tot atrocium peccatorum reus, ira tua accendatur,& ſincerâ pœnitentiâ quâ ſericordiam commovearis adeo deſtitutus? uæſo placeat cor hoc obduratum emollire & e, ut vitæ meæ iniquitates ſincerè defleam: ias quæſo petram hanc, Domine, ut aquæ nent, lachrymarum nempe flumina, quibus mea Conſcientia eluatur; ſomnolenta hæc diu nimis Domine ſecurè dormivit, eam

quæſo

nitentiæ faciam in emendatione vitæ, ac
gloriam gratiæ tuæ in Jeſu Chriſto b
Redemptore.

Pro Manſuetudine.

O Beate Jeſu qui ductus es tanquam (
ctationem, da quæſo, ut præclarum
ſuetudinis tuæ exemplum, omnes in me ir
ſcintillas extinguat, & eam in me patient
tatem ſpiritûs pariat, quam nullæ injuriæ
valeant: Da quæſo te Domine, ut tam p
à minimà injurià inferendâ, ut nec max
precibus & beneficiis rependam: ut ego,
talenta remittas opus habeo, à fratre mec
non exigam, ſed ut indutis viſceribus mi
manſuetudinis, & longanimitatis, pax tua i
meum regat, ut fiat gratum habitacul
Princeps pacis es, cui cum Patre & Spir
ſit honos & gloria in æternum.

uæſo immiſſo Spiritu tuo puritatis me ab
ſiquinamento carnis & ſpiritûs purgare:
meum Domine eſt Templum Sancti Spiri-
ſinas ut templum illud immunditie aliquâ
: Et quoniam ex corde procedunt quæ
m inquinant, da quæſo Domine ut cor me-
i cum diligentiâ cuſtodiam, ut nullæ inibi
aut fœdæ cogitationes commorentur: ſed
quæſo ut corpus & animam pura & imma-
onſervem, ut te hîc cum corpore tum ſpiritu
ans, cum te poſt hac in utroque glorificer.

Pro Temperantiâ.

niſſime Domine, qui ex ſummâ in genus
nanum munificentia, creaturarum tuarum
d corpora noſtra reficienda & refocillanda
ſti; da quæſo te ut conceſſione hâc cum
line & moderatione gaudeam: nec permittas
am gulæ ſerviens, cujus bruta quidem vo-
ſt, menſa mea mihi laqueo ſit: ſed da quæ-
el à minimo gradu exceſſûs prorſus abhor-
& in bibendo & edendo eos fines & menſu-
rvem quas tu mihi præſcripſiſti, proſperæ
ini non luxuriæ inſervientes: & fac quæſo
ine, ut avidè inſecter non cibum periturum,
vitam æternam permanſurum; ut eſuriens
s juſtitiam, hîc gratiâ tuâ, & in poſterum
uâ adimplear, per Jeſum Chriſtum.

ſo te ut plene & integre [illegible]
ciam, nec ulla deſideria à tuis diverſa in m
ſed in optionibus iſtis quas pro me tu f
acquieſcam; ita ut in quàcunque vitæ co
ſitus ſim ſorte meâ contentus, nec n
ſorti obmurmurem, aut alienæ invidea
finem, cor meum munda quæſo ab om
cupiditatibus; nè me ſinas unquam a
quem cordis mei Mammonæ dedere,
me avaneſcentium divitiarum contemp
ut ſive abundent ſive minuantur opes, no
commovear: ſed ut in hoc totus ſim,
erga Deum & theſauros meos in Cœli
ut ita ſuperna curem, ut cùm Chriſtus
eſt apparuerit, ego etiam cum eo in gl
am. Hoc quæſo te Domine concedas prop
ejuſdem Jeſu Chriſti.

Pro Diligentiâ.

DOmine qui ex Sapientià tuà conſtitu

, ſaltem nè ſim quæſo mihimet ipſi inutilis,
ii diligentiâ adhibitâ vocationem & electio-
:am certam reddam. Animam meam pluri-
ıe vigiles inimici obſident; nè ſinas quæſo
plicatis manibus me ſomno dedam tanto-
ɾiculorum agmine circumſeptus, ſed vigilem
ı nè in tentationem incidam: ſed afflictio-
ıguſtias & laborem tolerem ut bonus miles
ıriſti, donec tandem ab hoc militiæ ſtatu, tu
ſtatum Triumphi & fœlicitatis transferas in
n tuum per Jeſum Chriſtum.

Pro Juſtitiâ.

:x Juſtitiæ, qui nobis præcepiſti ut judicium
bſervaremus & juſtitiam coleremus; cor
quæſo & manus meas ab omni fraude & in-
purgare digneris, meque ut juſtum & fide-
omnibus præſtem efficias: da quæſo ut à
meo potentiâ opprimendo, aut aſtutià deci-
abhorream: & ut ſacram iſtam Regulam
ı alteri fac præcipit, quæ mihi fieri velim
ctiſſimè obſervem: ut Chriſtianam meam
ionem dedecore non afficiam, vitâ fraudibus
ſtitià inquinatâ; ſed vitam hanc agam in ſim-
te & pia ſinceritate; nec theſauris hîc
:endis ſed paululum cum juſtitià magnis redi-
njuſtè partis præferam. Fac quæſo incumbam
ıe ut ea unicuiq; tribuere, quæ illi quocunque
ebentur, ſedulo curem: da quæſo ut ita me
erga omnes mihi quâcunq; relatione con-
s, ut nihil habeat quiſquam de quo me jurè
re poſſet; ut pace cum omnibus gaudeam, aut
ı innocentiam & juſtitiam colendo, pace
ni fruar, *nempe* pace tecum per Jeſum Chri-

contrà aliquem ejuſdem naturæ, &
participem, ſed omnes univerſali cha
ctar: largire mihi ô pater miſericor
cordis teneritatem & mollitiem, ut
trum meorum calamitatibus & miſeri
nis ſive externis, intimè commovear:
viribus ſuccurram & ſubveniam: ne
meum amore proprio à Chriſtianâ R
no, ſed ejecto damnato iſto ſpiritu, i
cor meum ſpiritus tuus Amoris & il
efficias ut ſtudeam non mihi ipſi plac
cino in bonum ad ædificationem ſuam.
ſtus ſibi ipſi non placuit: da quæſo te
talentorum iſtorum omnium quæ mi
beneficium credidiſti, diſpenſator;
nem diſpenſationis meæ exacturus es,
dio reddam, non cum dolore. Hæc m
aris oro te miſericors Deus propter
ſtum.

juſdam participem facere. Intellectus meus Domine errori obnoxius eſt, eum quæſo in veritate tuâ ſtabilito; eumque ab inſidiis Spirituum ſeducentium cuſtodias, nè errore malorum abducar, aut à firmitate meâ cadam: voluntas etiam mea Domine mobilis & inconſtans eſt, nec Deo firmè adhæret; bonitas mea tanquam nubes matutina, & tanquam ros manè ſtillans abit; me quæſo confirma & corrobora, & bonúm opus quod in me inchoâſti, ut perficias rogo uſque in diem Chriſti. Tu Domine infirmitatem meam vides, tu numerum & robur tentationum quibuſcum contendo tenes, nè me quæſo mihi ipſi derelinquas, ſed caput meum in die prœlii tegas, & efficias ut in ſpirituali quovis certamine pluſquam victor evadam, per eum qui me amavit: nec terroribus quæſo te nec blanditiis mundi aut carnis meæ, me ab obedientiâ quam tibi debeo abduci ſinas, ſed da oro te ut firmus et immotus permaneam, & in opere Domini ſemper abundem: & patienti perſeverantiâ in bonis operibus, quæram & tandem obtineam gloriam & honorem & immortalitatem & vitam æternam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Brevis Paraphraſis *in*

ORATIONEM DOMINICAM

Orationis loco uſurpanda.

[*Pater noſter qui es in Cœlis,*]

DOmine, qui Cœlos ſupremos incolis, tu no eſſe dediſti, tu etiam nos regenerâſti ad ſp vivam, tu paterno in nos animo es, & tenerri charitatis affectu erga nos animatus: efficias qu ut nos tibi filiorum amorem & obſequium præ mus: & ut te *Patrem noſtrum in cœlis* (veri g dii & puritatis loco) referamus, ſanctum in n fallacium voluptatum, & fœdarum hujus mu pollutionem, faſtidium crea; & ita animos ſtros in ſuperna erige, ut ſemper converſation noſtram in Cælis habeamus, unde ſervatorem ſtrum Dominum Jeſum Chriſtum expectamus.

[1. *Sanctificetur Nomen tuum,*]

EAM cordibus noſtris reverentiam imprimito *Nomen tuum* quod magnum, mirabile, & ctum eſt, humiles veneremur; & omnia ad te cultum tuum ſpectantia eo ſacro honore proſeq mur, qui reverentiam noſtram ſublimis Majeſt tuæ indicet; Laudet te omnis populus ô Deus, l det te omnis populus.

[2. *Adveniat Regnum tuum,*]

THronum tuum & Dominium in cordibus noſtris ſtabilito, & vi gratiæ tuæ rebelles omnes appetitus, qui contra te inſurgunt, ſubigas; hi ſunt inimici tui, qui nolunt te regnare in eos, adducantur quæſo & jugulentur coram te: & nos efficias tam fideles ſervos hujus *Regni tui gratiæ*, ut idonei fiamus *Regno Gloriæ*, & tunc veni cito Domine Jeſu.

[3. *Fiat voluntas tua ſicut in Cœlo, & in Terrâ,*]

GRatiam nobis ſuppedita, ut *Voluntatem tuam* in afflictionibus placidè patiamur, & in mandatis tuis promptè exſequamur: eo nos zelo anima, quo beati Angeli præſentiæ tuæ inſpirantur, ut eodem cum fervore & alacritate tibi pareamus; & ut eorum obedientiam imitantes, cum iis tandem conjuncti æternas laudes in Regno tuo, Deo & Agno in æternum canamus.

[4. *Panem noſtrum quotidianum*, &c.]

GRatiam nobis tuam quotidiè ſuppedita, quâ animæ noſtræ ſuſtententur & alantur in vitam æternam; & corporibus noſtris ea digneris ſubminiſtrare, quæ iis ſuſtentandis neceſſaria ducis in hàc peregrinatione noſtrâ terreſtri: & da quæſo te ut hæc cum alacri fiduciâ à te pendentes expectemus, quærentes primò Regnum tuum & juſtitiam ejus, minimè poſtea ſoliciti nè hæc nobis non adjiciantur.

miſſione: Et da quæſumus te Domine ut nunquam excidamus, noſtram fratribus n am denegando; ſed fac ut nos eâ ſimus in miſeratione affecti (quâ multò magis à te mus) ut tam perfectè & finaliter remitt Chriſti præcepto morem gerentes, quà mitti cupimus, propter merita ejus & inter

[6. *Et nè nos inducas in tentatione*

NObis Domine vires non ſufficiunt co tionum quotidiè impetum in nos multitudinem, in te tantùm oculi noſtri digneris quæſo te aut eas coercere, aut nobi ferre: nec patiatur fidelitas tua ut *tent* quod valemus ſed unà cum tentatione e ſtet, ut ab iis non vincamur, ſed poſſimu cas, uſque ad ſanguinem reſiſtere contra contendentes, ut nobis uſque ad morten tu des vitæ coronam.

inet boni omnis, quod vel in nobis vel pro nobis
peraris, *Gloria*: Benedictio itaque, & Honor, &
Gloria ſit ei qui ſedet ſuper Throno, Deo noſtro in
ſæcula ſæculorum, *Amen.*

Piæ EJACULATIONES *è Libro* PSALMORUM *deſumptæ.*

Pro Remiſſione peccati.

GRatiam fac mihi ô Deus ſecundùm benignitatem tuam: ſecundùm amplitudinem miſerationum tuarum, dele defectiones meas.

Mundum ablue me ab iniquitate meà, & à peccato meo munda me.

Faciem tuam à peccatis meis averte; & dele iniquitates meas.

Iniquitates meæ prævalent contra me; miſericors eſto peccatis meis.

Ne intres, in judicium cum ſervo tuo: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Propter nomen tuum Jehovah condonabis iniquitatem meam, nam magna eſt.

Revertere Jehovah, expedi animam meam: ſalvum fac me propter benignitatem tuam.

Pro Gratiâ.

DOce me facere placitum tuum, quia tu Deus meus es.

Doce me Jehovah viam tuam, pergam in veritate tuâ, *aduna animum meum ad timendum nomen tuum.*

Avertas oculos meos nè ſpectent
vivifica me in viâ tuâ.
Peregrinus ſum ſuper terrâ, nè al
præcepta tua.
Numerare dies meos ita doce me.
animum ſapientem.

Pro Lumine vultus Di

QUare ô Jehovah abjicis me? & a
em tuam à me?
Benignitas tua melior eſt quàm vit
Tolle Domine lumen vultûs tui ſuj
Conſolare animam ſervi tui, nam
tollo animam meam.

Gratiarum Actio.

Et benedicatur Nomen Majeſtatis ejus in æternum: & terra omnis Majeſtate ejus implebitur *Amen*, *Amen*.

Pro Liberatione à Malis.

GRatiam fac mihi Deus, Gratiam fac mihi, nam ad te ſe recepit anima mea: & ad umbram alarum tuarum me recepturus ſum, donec tranſiverint ærumnæ.

Libera me Domine ab inimicis meis; ad te enim, ut abſcondar, confugio.

Animam meam tuere,& me liberato; nè me patiaris confundi, in te enim repoſui fiduciam meam.

Oculi mei jugitèr ad Jehovam reſpiciunt, quia ipſe educet è reti pedes meos.

Revertere ad me Domine & miſerere mei: quoniam ſolitarius ſum & afflictus.

Oppreſſiones animi mei dilatant ſe: ab anguſtiis meis deduc me.

Pro Eccleſiâ.

BEnefac pro bona voluntate tua Sioni, ædifica muros Hieruſalem.

Utquid Dēus repuliſti nos in æternum? fumare pergit ira tua in gregem paſtûs tui?

Memor eſto Congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.

Redemiſti virgam hæreditatis tuæ; mons Sion in quo habitâſti in eo.

Tempus faciendi Domine, nam diſſipaverunt legem tuam.

Exſurge Deus, judica cauſam tuam: Libera Iſraelem ô *Deus* ex omnibus anguſtiis ſuis.

Brevia

Brevia quædam Capita ad quæ ſui ipſius quiſque Examinationem exigat, præcipuè Sacram Cænam participaturus, è tractatu præcedenti excerpta, quæ reſpiciunt violationes officii noſtri.

Erga DEUM.

FIDES.

NON credere Deum eſſe.
Non credere verbo ejus.
Non credere ei practicè, i. e. *vitam ei non conformare.*

SPES.

DE *Miſericordiâ Divinâ deſperare, ita ut officium deſeramus.*
De eâ præſumere, in voluntario peccato perſiſtendo.

AMOR.

DEum *propter Excellentias ejus non amare.*
Nec propter bonitatem erga nos.
Ei placendo non ſtudere.
Sacra quæ instituit non frequentare ut eo fruamur.
Nec illius in Cœlis fruitionem ſitire.

TIMOR.

DEum non ita timere ut ab eo offendendo abſtineamus.
Hominem præ eo metuere, peccatum committendo, ut externam aliquam calamitatem evitemus.

FIDUCIA.

DEO non fidere in periculis & anguſtiis.
Illicitis mediis exitum è periculis quærere.
A Deo non pendere pro egeſtatum ſubſidio.
Nimia de externis rebus ſolicitudo.
Ignaviæ nos dedendo, expectare ut Deus nobis otioſus ſubveniat.
Benedictionem in labores noſtros à Deo non expectare.

HUMILITAS.

DE Deo alta non ſentire.
Voluntatem ejus non exſequi.
Non pati, ſed correptionibus ejus obmurmurare.
Non emendare vitam caſtigatos.
In eum ingratos eſſe.
Sapientiam ejus in eligendo pro nobis non agnoſcere, ſed propriis iiſque ferventioribus & impatientibus deſideriis agi.

HONOR.

DEum, rebus ad eum ſpectantibus honore exhibito, non colere.
Nos in templo ejus reverenter non gerere.
Deum ſpoliare, res ei conſecratas auferendo.
Tempora Sacra profanare, Diem Dominicum, dies feſtos & jejunii Eccleſiaſtici.

Sacras

Erga VICINOS.

NEGATIVA JUSTIT

INjurias Vicino inferre.
Gaudere moleſtiam menti ſuæ ſine causâ cre.
Animam ſuam ad peccatum impellere, juſſu, illecebris aut exemplo.
Pietatem irridendo, eum ab illâ deterrere.
Eos ad pœnitentiam reducere, quos ad peccat duximus, non conari.

HOMICIDIUM.

HOmicidium apertum aut ſecretum.
Homines ad intemperantiam aut alia vitia, de morbi & aliquando mors, pellicere.
Alios ad lites & pugnas concitare.
Corpus Vicini mutilare, aut lædere.
Servitia & furor contra vicinum.

ADULTERIUM.

COncupiſcere Uxorem vicini.
Eam actu vitiare.

MALITIA.

ALiorum bona vaſtare ex animi malevolentiâ & invidiâ.

POENITENTIA.

POEnitentiam negligere.
Rationem à nobiſmet ipſis de peccatis noſtris quotidie non exigere.
Humiliationi & Confeſſioni aut nulla ſtata tempora aſſignare; aut rara nimis.
Peccata noſtra ſeriò non cogitare, ut contritionem pariamus.
Ultionem de nobiſmet ipſis non ſumere jejunio & aliis mortificationis actibus.

IDOLOLATRIA.

EXterna, creaturas colendo.
Interna, creaturas vehementiori amore & aliis affectibus proſequendo, quàm Creatorem.

Erga Noſmetipſos.

HUMILITAS.

ALta de nobiſmetipſis ſentientes efferri.
Reſpectu donorum naturalium, formæ, ingenii, &c.
Divitiarum mundanarum & honorum.
Gratiæ.
Laudem hominum aucupari.
Huc Actiones Chriſtianas, Preces, Eleemoſynas, &c. *dirigere.*
Peccata perpetrare ut malorum opprobria vitemus.

MANSUETUDO.

A*Nimos noſtros iracundiâ commoveri.*

CONSIDERATIO.

N*ON explorare ſeriò ſtatum noſtrum erga Deum.*
Nos ipſos ex verâ Regulâ, i. e. *obedientiâ præceptorum Dei non probare.*
De actionibus ante non deliberare, an licitæ ſint, priuſquam agamus.
Actiones præteritas non examinare, ut malarum nos pœniteat, bonarum Deo laus tribuatur.

'ΑΥΤΑ'ΡΚΕΙΑ.

A*Nimus ſorte ſuâ non contentus.*
Avida honoris & divitiarum deſideria.
Ea illicitis mediis quærere.
Aliorum ſorti invidere.

DILIGENTIA, VIGILANTIA.

N*Egligentes eſſe in obſervandis & reſiſtendis tentationibus.*
Donis Dei externis ſeu internis ad illius honorem promovendum non uti.
Dotibus Naturæ ut Ingenio, Memoriâ, &c. *ad peccatum abuti.*
Motus Spiritûs Divini aut oppugnare aut negligere.

CASTITAS.

IMpuritas, adulterium, fornicatio, libidines contra naturam.
Impuritas Oculi & Manûs.
Fœda & obſcœna colloquia.
Impuræ imaginationes, & cupiditates.
Libidinem corpori indulgendo accendere.
Libidini extinguendæ jejunio & aliis auſteritatibus non ſtudere.

TEMPERANTIA.

NImium edere.
Voluptatem non ſanitatem edendo quærere.
Nimium ſtudium aut ſumptum in cibis impendere.
Ebrietas.
Plus bibere quàm corpori prodeſt, quanquam non ad ebrietatem.
Aut tempus aut bona noſtra in compotatione prodigere.
Cerebri firmitate ad alios inebriandos abuti. Immodicus ſomnus.
Ignavia & negligentia in vocationibus noſtris.
Recreationibus illicitis aſſueſcere.
Licitis ardentiùs quàm par eſt indulgere.
Iis nimium temporis impendere.
Irritari ab iis ad Iram aut Avaritiam.
De Amictu ſuperbire.
Lautiùs veſtiri quàm deceat homines ſortis noſtræ.
Nimium veſtibus temporis, curæ, aut ſumptûs impendere.
Ab ejuſmodi exceſſu abſtinere, non Conſcientiâ ſed Avaritiâ ductos.
Corporibus neceſſaria denegare, ut nummos congeramus.

Erga

Omnia ad mortem uſque retinere, Liberoſque egeſtatibus conflictare interim permittere.
Benedictionem in eos tranſmittere non conari vitam vere Chriſtianam agendo.
Pro iis ardenter non orare.

OFFICIUM NOSTRUM ERGA FRATRES.

N*Aturali affectu erga germanos fratres deſtitui.*
Invidia & ſecreta ſimultas contra eos.
Spirituales fratres, i. e. *Chriſtianos non amare.*
Eorum calamitatibus non compati.
Ab eorum Communione nos ſine causâ ſubducere.
Ob deſolationes Eccleſiæ animo non affligi.

MATRIMONIUM.

C*Ontrahere intra gradus prohibitos.*
Propter fines illicitos, ut avaritiam, libidinem, &c.
Difficiles, averſos, moroſos nos exhibere erga conjugem.
Fidem conjugalem violare.
Infirmitates mutuas non tolerare.
Suo invicem bono temporali aut ſpirituali non ſtudere.
Si Uxor licitis præceptis Mariti non pareat.
Ei ut imperet conari.
Pro ſe invicem non orare.

AMICITIA.

P*Erfidia erga amicum.*
Arcana prodere.
Ei in anguſtias redacto non ſubvenire.
Eum amicè non admonere.
Ei peccanti adulatoriè aſſentiri.

Ami-

:itiam ejus levi aut nullâ de causâ deſerere.
ederationem in peccatis inire non ſanctam amicitum.

·S E R V I.

citis præceptis dominorum non parere.
Bona ejus ſubripere.
per negligentiam profundere.
reptioni obmurmurare.
avia.
onſpectu tantum diligenter agere, aliàs negligentes.

D O M I N I.

:rvos tyrannicè & ſævè tractare.
Remiſſiùs illos tractare & pati ut officio ſuo non ungantur.
imarum ſuarum curam non agere.
icurare ut in Religione bene inſtituantur.
cantes non corripere.
ipus eis Precibus & Cultui Dei non concedere.

C H A R I T A S.

Haritate erga Vicinum deſtitui.
Ejus bonum ſpirituale & temporale ſincerè non ptare.
nicos non diligere, nec eis condonare.
iis vindictam ſumere.
ionem meditari.
ıicitiam verbis ſimulare, revera non colere.
ima vicini pro viribus non prodeſſe.
poreas ejus calamitates pro viribus non ſublevare.
ſtimationem ejus non defendere cùm calumniis oſcindi norimus,

*Aliorum eum contemptui objicere ſcommatis & irri-
ſione noſtrâ.*
Secretam ſimultatem contra aliquem fovere.
Mortem aut noxam vicino precari.
De malis ejus gaudere.
Reſtitutionem negligere & compenſationem.

JUSTITIA POSITIVA, HUMILITAS, MENDACIUM.

NOS *erga alios inhumanos & ſuperbos gerere.*
Protervos & iracundos.
Sermo mordax & amarulentus.
Exſecratio.
Reverentiam donis aliorum debitam non exhibere.
Aliorum bona præ ſuperbiâ non cernere.
Eaque apud alios elevare.
*Aliorum neceſſitatibus non ſubvenire, quanquam ani-
mi motibus, & opibus ſatis ad id inſtructiſſimus.*

GRATITUDO.

[illegible]ratitudo erga Beneficiarios.
[illegible] è nos admonentes.
[illegible] vitam non emendare.
[illegible]us iraſci.
[illegible] civilem, legitimum Magiſtratum non [illegible]

Eum [illegible]re & malum de eo loqui.
[illegible] gravatim pendere.
[illegible]nem ſerere inter populum.
[illegible] licitis Magiſtratus præceptis detrectare.
*[illegible] eum movere, aut moventibus nos [illegible]
[illegible]*

P

Eos propter opus ſuum non amare.
Dei præceptis ab iis nobis traditis non parere.
Decimas detinere.
Legitimis Paſtoribus deſertis, ſeditioſos ſequi.

PARENTES.

NOS contumaces & irreverentes gerere erga parentes noſtros naturales.
Eos contemnere propter infirmitates.
Eorumque infirmitates evulgare.
Eos non amare, nec iis ſolatio eſſe conari.
Eorum conſilia contemnere.
Eorum regimini obluctari.
Eorum bona concupiſcere, etiam mortem eis optando.
Eorum variis neceſſitatibus non ſubvenire.
Divinam Benedictionem in varia Parentum genera non implorare.
Naturali amore erga liberos deſtitui.
Quod Matres infantes non lactent juſta cauſa non impeditæ.
Liberorum Baptiſmum per negligentiam differre.
Eos ab infantiâ in viis Dei non inſtituere.
Correptione non adhibitâ eos peccatis aſſueſcere permittere.
Eis mala exempla præbere.
Eos duriùs & inhumaniùs tractando frangere & dejicere.
Eorum ſuſtentationi pro facultatibus noſtris non ſtudere.
Quæ illis ex bonis noſtris debentur luxu conſumere,

hi propitius eſto qui nihil boni feci; peccatorum meorum reatum ſanguine ejus elue, & eorum vim gratiâ ejus ſubige: & da quæſo Domine ut ab hâc horâ vale æternum dicam impietati & cupiditatibus mundanis, ut nunquam iterum vel ſemel ad *Sodomam* reſpiciam, nec ollas *Ægyptiacas* eſuriam; ſed me integrum tibi voveam, ut tibi ſerviam in juſtitia & verâ ſanctitate, me ipſum verè mortuum peccato æſtimans, ſed vivum Deo, per Jeſum Chriſtum Dominum meum & beatum ſervatorem.

Hic locus eſt PSALMO *Pœnitentiali idoneus.*

PSAL. 51.

MIſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate meâ: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſolùm peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicâris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

Aſper-

Aſperges me Hyſſopo & mundabor: lavabis me & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exſultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ: & ſpiritum ſanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui; & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exaltabat lingua mea juſtitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes Sacrificium dediſſem: utique holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Dei ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bonâ voluntate tuâ Sion: *ut ædificentur muri* Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper Altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, *Amen.*

PRE-

PRECES *Ante Participationem*

BEATI SACRAMENTI.

CLementiſſime Deus, qui ex immenſa tuâ charitate ſpirituale hoc convivium ægris & famelicis animabus apparaſti, fac ut aviditas & ſitis mea neceſſitates meas æquent: Ego cum prodigo, portionem iſtam gratiæ tuæ, quam mihi largitus es, conſumpſi: opus igitur habeo ut mihi ex hoc theſaurario ſuppeditetur: At Domine quomodo miſer ego & abjectus homuncio ſacram hanc menſam accedam? Canis ſum, quomodo panem liberorum ſumere auſus fuero? aut quomodo ſpirituale hoc manna, cibus hic Angelorum dabitur mihi qui ſiliquis paſci cum porcis volui: Imo mihi qui toties Sacra hæc pedibus protrivi, ſacra hæc myſteria aut per incuriam negligens, aut indignè participans? Horrendus Domine reatus meus ademtem tremore detinet, & tamen efficit ut abeſſe non audeam: ubi enim lavabitur anima hæc polluta, niſi hoc fonte quem aperuiſti peccato & ſordibus eluendis? Huc igitur accedo, pollicitus es accedentem ad te, non ejiciendum eſſe: hic eſt Domine ſanguis Novi Teſtamenti, da quæſo ut hunc ita accipiam ut mihi proſit in remiſſionem peccatorum meorum: & quanquam toties partem meam fœderis iſtius, quod hoc Sacramento obſignatur, miſerè violaverim, tuam tamen quæſo ſerves & præſtes: propitius nempe eſto iniquitatibus meis, & peccatorum meorum & tranſgreſſionum mearum nè recorderis ampliùs: nec hoc tantùm à te rogo, ſed ut leges tuas menti meæ

in-

indas & cordi meo inſcribas; & vi gratiæ tuæ animam meam ad tam ſinceram & conſtantem obedientiam efformes, ut te nunquam iterum exacerbem: Da quæſo Domine ut in ſacris his myſteriis non tantùm commemorem, ſed actu recipiam beatum meum ſervatorem, & omnia paſſionis ejus beneficia: in quem finem fac ita animo inſtitutus ſim, ut tantæ benedictionis capax fiam: profundum mihi peccatorum meorum & indignitatis meæ ſenſum imprimas, ut fatigatum & oneretum dignum cenſeat Chriſtus quem requieſcere faciat; & lacrymis meis maceratus, magis idoneus fiam qui ſanguine ejus laver: torpentem quæſo & terrenam animam erigito, & inferioribus hiſce nimis affixam ſurſum evocato, eique ſanctum zelum inſpirato, ut ad ſpirituale hoc convivium ſpirituali animi ardore accedam: Et da quæſo Domine, ut infinitus iſte amor Chriſti, quem ſe morti pro me miſero peccatore tradendo, teſtatus eſt, torpentem & congelatam accendant animam, quò ſacro igne amoris Chriſti exardeſcat, eoque tam vehementi, ut nec aquis multis extingui, nec quidem fluminibus inundari poſſit: tam vehementi ut ſcoriam omnem meam abſumat nec cupiditatem aliquam non mortificatam in animâ meâ relinquat: Imò eo quæſo fac amore ferveat mihi animus, qui ſe ad omnes extendat, quos vel præcepto vel exemplo tuo docuiſti, velle te à me diligi *i. e.* inimicos perinde ac amicos; induas me tandem oro te Domine veſte nuptiali, ut quanquam ex meipſo indignus, gratiâ tamen tuì dignus fiam convivia, qui huic Sacræ menſæ accumbam; ut ſic non edam aut bibam meam damnationem, ſed peccatorum mihi *venia obſignetur*: infirmitas mea reficiatur, cor*ruptiones meæ* ſubigantur, & anima mea tam in*divulſo vinculo* Deo adjungatur, ut nullæ tentationes

vale-

valeant hanc conjunctionem dirumpere ſed hic in gratiâ inchoatâ tandem in gloriâ perficiatur; concedas hoc oro te Domine propter dilectum tuum filium Jeſum Chriſtum.

Alia.

O Beate Jeſu qui teipſum ſemel pro me in Cruce obtuliſti, & nunc te mihi offers in Sacramento, nè quæſo me per impœnitentiam & indignitatem meam, tam ineſtimabilibus miſericordiis privari ſinas, ſed me per gratiam tuam idoneum reddas qui uberrimum horum beneficiorum fructum percipiam: Te Domine quàm maximè indigeo, at reatûs mei pondere degravatus, & peccatorum funibus conſtrictus, nequeo ad te accedere; me quæſo ab his vinculis quibus me Diabolus & cupiditates meæ conſtrinxerunt ſolvas, & me attrahas ut te curſu ſequar. Vides Domine quàm properè indies iis ſemitis incedo quæ ad mortem ducant; cum autem ad vitam me revocas & gloriam, tergum obverto, & miſericordiam oblatam reſpuo, & deſero: Quoties apparato hoc convivio, ego frivolas ob cauſas obfui? aut acceſſi ad te potiùs laceſſiturus quàm adoraturus? Tot mecum turmias hoſtium tuorum peccatorum de quibus pœnitentiam non egi adduxi, quaſi accederem non ut paſſionem tuam commemorarem, ſed renovarem; te rurſum crucifigens & ignominiæ exponens: Quo me jam ſupplicio dignum cenſebis Domine, qui filium Dei conculcavi, & ſanguinem fœderis profanum duxi? Ad hunc tamen Sanguinem Clementiſſime Jeſu tanquam unicum meum Aſylum confugio: niſi hic ſit mea propitiatio, in æternum peream neceſſe eſt;

quem finem hunc fudiſti niſi ut peccatores redimeres? Nec equidem ſanguinis hujus meritum aut magnitudine aut multitudine peccatorum obrui poteſt: Peccator ego ſum, imò peccatorum maximus, fac ut ſentiam quæſo ſanguinis tui vim ſalvificam! Miſerere mei Domine, miſerere mei, nam in te confidit anima mea, & in hiatu vulnerum tuorum tutus latebo, donec tranſiverit indignatio patris tui: O tu qui tanquam ſummus Pontifex pro me teipſum immolâſti, intercedas etiam pro me, & merita paſſionis tuæ in defenſionem meam allegato; nec patiaris Redemptor meus ut pretium ſanguinis tui mihi pereat: & da quæſo te, ut quoniam multa ſunt quæ condonanda ſunt mihi peccata, ego multùm amem: Vides quàm languidis, quàm pene frigidis te affectibus proſequar, eos quæſo vivifices & accendas; & ut in hoc Sacramento tranſcendentalis ille amor tuus quem pro me mortem oppetendo teſtatus es, diffundatur, ita eam quæſo in me gratiam traducat quæ efficiat ut mutuo te amore colam; deſcendat divinus hic ignis cœlitus in animam meam, & peccata mea tanquam holocauſtum conſumat, ut nullus affectus vitioſus, nulla res devota in corde meo tanquam hoſpitio excipiatur; ut nunquam iterum locum iſtum polluam quem tu tibi delegiſti in Templum; Mortuus es chariſſime Jeſu ut me ab omni iniquitate redimeres, nè quæſo patiaris ut veudam meipſum ad faciendum malum, ſed da quæſo ut ad te jam accedam cum ſinceris & firmis emendandi penitus vitam propoſitis, & tua quæſo gratia & robore confirmer ut hæc poſſim re præſtare: ſunt fateor Domine multi inveterati & habituales morbi, quibus laborat anima mea [*hic quibus addictior es recenſendo peccata*] qui quantumcunque temporis ad piſcinam Betheſdæ jaceam, quotieſcunque ad hanc menſam accedam, niſi

tu

amore & devotione accedam, ut tu ac
digneris & mecum commorari, tui ip
paſſionis tuæ meritorum omnium part
ens: Et tunc Domine nè ſinas ut vel a
Satanæ, vel Conſcientiæ meæ me terre
turbent; ſed da quæſo ut pacem tecum
am pace apud ipſum fruar, ut vinum l
ret, panis hic corroboret cor meum, &
trumque ut alacer percurram vias manda
rum; concedas hoc Servator benigniſſi
cera & miſerationes tuas.

EJACULATIONES inter MUNICANDUM adhibe

DOmine, dignus non ſum cujus ſub

Intuere Domine dilectum filium tuum in quo acquieſcis.

Exaudi vocem ſanguinis ejus, qui meliora loquitur quàm ille Abelis.

Per Agonem & ſanguineum ejus ſudorem, per Crucem & Paſſionem ejus libera me Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, pacem tuam concede mihi.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere mei.

Immediatè ante Communicationem.

DIxiſti, quòd qui edit carnem tuam, & bibit ſanguinem tuum, vitam habet æternam.

Ecce ſervum Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Panem accipiens dicas,

PER Crucifixum corpus tuum, libera me ab hoc corpore mortis.

Poculum accipiens dicas,

DA quæſo, Domine, ut hic ſanguis purgit conſcientiam meam ab operibus mortuis, ut ſerviam Deo viventi.

Domine, ſi vis, me poſſis mundum facere, me *tangas & dicas,* volo mundus eſto.

Poſtquam Communicaſti.

QUid retribuam Domino: pro omnibus quæ reſtituit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Dignus eſt Agnus ille mactatus, qui accipiat poteſtatem, & divitias, & ſapientiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

Ergo benedictio & honor & gloria & robur ſit ei qui inſidet Throno & Agno in ſæcula ſæculorum, *Amen.*

Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moveantur veſtigia mea.

Gratiarum Actio poſt Communicationem Sacramenti.

O Fons omnis bonitatis, à quo donum omne bonum & perfectum procedit, & cui reddi debet honos omnis & gloria, cupio ex ardentiſſimo animi gratiſſimi affectu, te laude & benedictione celebrare, propter immenſa iſta beneficia quibus me dignatus es. Domine, quid homo eſt, quod eum tanti feceris, ut filium dilectum tuum mitteres, ut tam amara illius gratia pateretur? At Domine quid ego hominum deterrimus, ut me dignum cenſeres qui partem acciperem in hac propitiatione, qui toties eum & paſſiones ejus contempſi? [illegible]

&

& profunditas miſericordiæ tuæ, quòd me ad fœderis iſtius quod toties & perversè violavi, renovationem admittere dignaris! Me, indignum cui panis quotidianus, quo corpus ſuſtentatur, ſuppeditaretur, ad participationem panis vitæ, quo anima nutritur, admitti, Deumque puritatis ſe mihi miſero & polluto adjungere! O Deus meus nè patiaris, quæſo te, ut gratiam tuam iterum convertam in laſciviam, aut miſericordiam tuam in occaſionem ſecuritatis; ſed da quæſo ut ineffabilis hic amor tuus me in obſequium tui compellat, ut quoniam pro me mortem obiit benedictus meus Dominus, mihi diutiùs non vivam ſed ei: Scio Domine pacem intercedere non poſſe inter Chriſtum & *Belial*, quandoquidem igitur cor meum jam ingredi dignatus eſt Chriſtus, fac nè permittam ut libidine ullâ hinc fugetur, ſed poſſeſſionem ſuam retineat ille qui me tam caro emit, nec me unquam è manu ſuâ eripiat quidquam. In quem finem excubias age quæſo circa me Domine, & ab inſultu hoſtium ſpiritualium me defendito: ſed potiſſimùm me à meipſo liberato, à perfidiâ cordis mei, qui heu! nimiùm velit ſe prædam dedere; & ſicubi me aut naturâ aut conſuetudine infirmiorem deprehenderis, illic potentiam tuam in conſervatione mei magnificato oro te; (*hic periculoſiſſimas tentationes recitato*) & Domine da quæſo ut paſſiones Domini mei pro peccatis meis, & vota quæ jam feci nunquam ex animo meo labantur; ſed fac ut earum recordatione ad hæc præſtanda promptior reddar, ut nunquam inducias paciſcar cum cupiditatibus iſtis quæ manus ejus clavis transfixerunt, latus ejus confoderunt, & animam ejus uſque ad mortem triſtem reddiderunt: ſed jam de novo militibus ſuis adſcriptus, animoſe pugnem, & ducem ſalutis meæ ſequar, etiam per mare ſanguinis: ſurrigas Domine manus

remiſſas & genua ſoluta, nè in militiâ tuâ deficiat animus meus: Sis tu mihi robur, qui ex meipſo nequeo cum tentatione infirmiſſimâ contendere. Quoties tergum dedi in die prœlii! Quoties vota hæc Sacramentalia violavi! idem mihi nunc Domine cor eſt leve & inconſtans, ideóque ad hujus violationem non minus proclivis ſum: Tu qui es *Etiam* & *Amen*, in quo non eſt umbra mutationis, mihi quæſo eam mentis conſtantiam largire, ut non amplius convertar tanquam arcus fallax; ſed ut cor meum ſit integrum tecum, & immotus fœdus hoc colam, ut nec bonum aliquod propoſitum quod in me hodie ſpiritus tuus excitavit irritum fiat, ut toties antea; ſed fructum edant ad vitam æternam. Hoc concedas Pater miſericors propter merita & mediationem ſervatoris mei crucifixi.

Interceſſio, vel ante, vel poſt Communicationem, uſurpanda.

CLementiſſime Domine, qui tam tenero affectu genus humanum proſecutus es, ut filium tuum dilectum è ſinu tuo dederis, ut eſſet propitiatio pro peccatis totius mundi, concedas ut hujus redemptionis effectus non pauciores complectatur quàm finis propoſitus, ut in omnium ſalutem cedat; nec excidat quiſquam ex ſuâ parte hujus ſalutis per impœnitentiam & peccatum voluntarium: ſed vi gratiæ tuæ omnes etiam peccatores maximè obſtinatos ad pœnitentiam ducas: Omnes in tenebris ſedentes illuminato, Judæos, Turcas, Infideles, & Hæreticos, auferas ab iis omnem cæcitatem, duritiem cordis, & contemptum verbi tui, & ita eos om-

omnes ad ovile tuum reducas, benedicte Domine, ut ſalvi fiant inter veros Iſraelitas, & concedas quæſo ut eorum omnium, qui à filio tuo nomen ducunt, converſatio talis ſit quæ Evangelium Chriſti deceat; ne nomen ejus diutiùs inter gentes blaſphemetur propter nos: Quouſque Domine erunt gentes Chriſtianæ pars mundi iniquinatiſſima, pollutionum iſtarum abominandarum, à quibus barbari abhorrent, ſentina? Nè quæſo fides & vita noſtra tam procul ſemper diſſideant! nè quæſo ſint ſancti & immaculati Jeſu diſcipuli cæterorum omnium profaniſſimi & impuriſſimi! nec reliquos omnes ſanguinolentiâ & litigiis ſuperent ſubditi Principis pacis; ſed nos efficias quæſo non tantum nomine ſed re ipsâ Chriſtianos, ut digni ambulemus ſanctâ iſtâ vocatione quâ vocamur, & omnes uno animo & uno ore te patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti glorificemus. Miſerere Eccleſiæ hujus languentis, intuere è cœlis & vide ex habitaculo ſanctitatis tuæ, & decoris tui: ubi eſt zelus tuus, & maxima potentia tua? Fremituſne viſcerum tuorum, & miſericordiæ tuæ erga nos continent ſeſe? Nè efferveſcas Jehova quam plurimùm, neque in æternum recorderis iniquitatis; ſed quanquam multæ ſint averſiones noſtræ, & nos atrocius contra te rebellaverimus, tamen ſecundum omnem tuam bonitatem avertatur à nobis ira & indignatio tua; & luceat vultus tuus ſuper ſanctuarium quod deſolatio eſt, propter nomen tuum Domine; & ſic ſepara inter nos & peccata noſtra, ut hæc diutiùs non ſeparant inter nos & Deum noſtrum! Omnes Reges, Principes, & Dynaſtas ſerves ac tuearis; præcipuè eos quibus obedientiam debemus: cauſam eorum agas, Domine, contra eos qui cum illis contendunt, & pugna tu cum iis qui pugnant contra illos: iis te ducem præſtes & adjutorem munere

ſuo fungentibus, ut vitam agamus ſub iis pacatam & tranquillam in omni pietate & probitate. Benedicito illis qui ad altare tuum miniſtrant, labia illorum aperi, ut ora eorum laudem tuam proferant: Ne ponatur lumen Mundi ſubter modium, ſed in candelabro ſuo, ut ſplendeat omnibus qui ſunt in Domo: Cultum tuum ne profanent Sacerdotes *Jeroboami*, ſed coram te ſemper miniſtrent ſemen *Aaronis*: Et O tu pater miſerationum, & Deus omnis conſolationis afflictis opem feras; libera extorres & pauperes: jura eorum aſſeras qui injuria afficiuntur: perveniat ante faciem tuam gemitus vinctorum; & pro magnitudine brachii tui fac ut reliqui ſint qui jam traduntur morti: Dolore cruciatis lenimen, egenis copiam, peccatoribus præfidentibus peccatorum ſuorum ſenſum, & deſperantibus miſericordiæ tuæ ſenſum largire; & pro unoquoque Domine facias ſupra quam quod vel rogare vel cogitare poſſint. Inimicis meis iiſque qui me perſequuntur & calumniantur ignoſce, & corda eorum convertere digneris: Benedictiones tuas effunde in Beneficos meos omnes & amicos, & in eos omnes qui ſe precibus noſtris commendari voluerunt: (*hic poſſis ſingulos commemorare*) & concedas, benigne Pater, ut per ſanguinem hunc crucis ſiſtamur omnes puri, intaminati, & inculpati in conſpectu tuo; ut in locum iſtum puritatis admittamur, in quem nihil immundum ingreditur, ut ibi cantemus laudes æternas Patri, Filio, & Spiritui Sancto in æternum.

Oratio

Oratio graſſante publicâ perſecutione uſurpanda.

O Beate Servator qui Crucem voluiſti Diſcipulorum tuorum inſigne eſſe, da quæſo ut eam lubens & alacris amplectar. Vides Domine me in ea tempora incidiſſe in quibus qui à malo recedit ſeipſum prædam reddit; da quæſo ut externa omnia tam alacri animo exponam ſi quando obedientia quam tibi debeo hoc exigat, ut quod hominibus prædæ fit, Deo fiat ſacrificio accepto: Ita me gratiâ tuâ conſerves, ut nunquam patiar tanquam maleficus; ſi autem contingat ut tanquam Chriſtianus patiar, nè erubeſcam, ſed gaudeam quòd dignus habear qui talia paterer propter nomen tuum. O qui mei gratiâ crucem ſuſtinuiſti contemptâ ignominia, me quæſo confirmet exemplum iſtud amoris & patientiæ tuæ, contra tremores cordis corrupti, ut nulli terrores me valeant à conſtantia meâ dejicere, ſed diu licèt virga malorum affligar, ego ad malum non apponam manum meam: nôſti Domine ex quâ materiâ factus ſum, recordaris me eſſe carnem; caro autem Domine malo appropinquante ſe contrahit & contremiſcit: Tuus Domine Spiritus, tuus tantùm ſpiritus me valet confirmare; me libero tuo ſpiritu corrobora nè fatiſcam aut animo deficiam: & quò me infirmiorem noveris, eò magis tuam in me potentiam exſeras: Da quæſo ut tentationibus quibuſcunque obſeſſus, in te fixis oculis intuear ducem & conſummatorem fidei meæ, & ſtadium mihi propoſitum decurram, & ad ſanguinem *uſque reſiſtam* contra peccatum decertando: Exaudi

me, chare Jeſu, & quanquam Satanis me appetit, ut ventilet tanquam triticum, tu tamen deprecare pro me nè deficiat fides mea, ſed ut igne explorata inveniatur mihi eſſe laudi, gloriæ, & honori, quum revelabitur Jeſus Chriſtus. Et da quæſo te Domine ut non tantum conſtantiam erga Deum, ſed & charitatem erga homines, etiam quos calamitatum mearum autores eſſe permiſiſti, conſervem; nè quæſo ab exemplo ineffabilis tuæ manſuetudinis vel minimum recedam, ſed perſecutorum meorum infeſtiſſimos diligam & pro iis orem: & tu Domine eorum malitiam immensâ tuâ bonitate ſuperato, corda eorum convertas, & eos ad teipſum efficaciſſimè attrahas, & tandem me & inimicos meos in ſedes pacis & quietis recipias; ubi tu regnas cum Patre & Spiritu ſancto Deus unus in æternnm.

Oratio in Adverſis.

O Sancte & Juſte Domine, qui homines propter peccata arguis & caſtigas, vellem ex animo & ſincere me humiliare ſub manu tuà potenti, quæ mihi jam gravis incumbit: ex animo agnoſco facinora mea jure meruiſſe quicquid jam patior, aut in poſterum pati potueris: ideoque acerbiſſima licet mihi infligas, fatendum eſt mihi, quod juſtus es Domine & juſta judicia tua: Sed in judicio miſericordiæ memento oro te Domine, & quanquam ad plagas mihi inferendas te impulerint peccata mea, fragilitatem meam tamen conſidera, nec ſint verbera tua aut graviora aut diuturniora quàm animæ meæ utilitas poſtulat: me corrigas, at caſti-

gatione

gatione paternâ, non vulneribus inimici: & quanquam virgam tuam non retracturus ſis iram tamen tuam deponas: nè abhorreto Domine animam meam, nec ſervum tuum iracundus abjicito, ſed remitte mihi peccata mea oro te: Et ſi viſum fuerit ſapientiæ tuæ paternæ caſtigationes meas produci, fiat benedicta voluntas tua: ad pedes tuos me proſterno, de me pro lubitu tuo ſtatuas; me tanquam argentum igne probato, modo purgatum tandem extrahe: Et fac Domine ut tibi etiam caro mea ſubjiciatur, ut nihil in me inveniatur quod voluntati tuæ ſe opponat; ſed murmure omni & reluctantia ſuppreſſa, de poculo hoc libens bibam: & quantumcunque amarum hoc redditurus es, flat tamen medicinale, omnes animæ morbos curet, & fructum tranquillum juſtitiæ proferat, ut levis hæc & momentanea afflictio mea, excellenter excellentis gloriæ pondus æternum conficiat mihi per Jeſum Chriſtum.

Gratiarum actio pro Liberatione à periculis.

BEnedicte Domine, qui Deus condonationum es, gratioſus & miſericors, longanimis & multa benignitate, grato animo in conſpectu tuo agnoſco, quod mecum ſecundum peccata mea non egeris, nec ſecundum iniquitates meas mihi retribueris meruerunt fateor ſcelera mea flagellis aculeatis caſtigari, tu autem ea ſcuticâ miti & paternâ caſtigâſti, nec me diu caſtigari voluiſti, ſed maturum & fœlicem exitum nuperis meis calamitatibus dediſti; gaudebo Domine & lætabor in miſericordiâ tuâ, tu enim *moleſtias* meas conſideraſti & animam meam nôſti

in adverſis. Effectu quæſo ſuo ut non careant hæ methodi tuæ, ſed da ut qui caſtigationum tuarum dolorem ſenſi, reverentiâ coercear ut non peccem; & qui miſericordiæ tuæ ſuavem refrigerationem ſenſi, amore exardeſcens indiſſolubili vinculo tibi adjungar: Ita ut cum timore tum amore occupatus, firmus permaneam in conſtanti & integra obedientia tui, per totam vitam meam, per Jeſum Chriſtum.

Monita ab Ægris obſervanda.

M*Orbo laborantem meminiſſe decet, Deum eſſe qui hominem* arguit & caſtigat propter peccatum: *primò igitur ſedulò diſpiciendum eſt, quid illud ſit, quod Dei in te iram concitaverit: in quem finem cor tuum diligenter explorato, ſiquid latet peccati ſcrutare, & peccatum deprehenſum ſuppliciter & pœnitenter coram Deo confitere. Et ut ſecurior fias & tutior pœnitentiam propter peccata vitæ prioris renovare convenit, & miſericordiam ejus in Jeſu Chriſto enixiſſimè & importuniſſimè implorare; & cum ſincera tum fervEntia propoſita initio, de malo omni renunciando, per reliquam vitam, quam viſum erit Deo tibi protrahere; & ne cor tuum tibi imponat in re tanti momenti, conſultò facies ſi prudentem & pium aliquem Theologum accerſas, cujus non tantum precibus ſed & conſilio adjuveris: In hunc autem finem cor tuum ei, nihil prorſus diſſimulans aperito, ut judicare poſſit, an ejuſmodi ſit pœnitentia tua*

qua

quæ tibi fiduciam coram tremendo Dei tribunali conciliet; aut ſi talem non ſenſerit, opem ſuam conferat quò talem efficiat. Poſtquam ad hunc modum meliori parti tuæ ſcil. *animæ proſpexeris, corpus tuum deinde curato, & ut Sapiens monet,* Eccl. 38. 12. Medico da locum, etenim ipſum creavit Dominus. *Ea media adhibeto quæ ad ſanitatem recuperandum conducere videbuntur, at ſemper memor eſto, ſucceſſum Deo deberi; &* Aſæ *peccatum fugie, qui* Dominum non requiſivit, ſed Medicis adhæſit, 2Chro. 16. 12. *Denique de rebus Temporalibus teſtamento tempeſtivè facto diſponito, & in eum omnia ordinem digerito, quo ea mories relinqui velles; nec hoc uſque dum morbus invaluerit differas, te enim tunc forſan Ratio quæ ad hoc requiritur, deficiat: aut ſi ſuppetat, res ipſa velit te tunc temporis altiora cogitare, mundum nempe quem auditurus es, potiùs quàm quem relicturus; res ipſas has mundanas nobiſcum diſcedentes portare non poſſumus, nec igitur decet curas de iis, in alium mundum tranſportare: hoc igitur negotium maturè conficias, nè te majora meditantem interrumpat.*

Oratio

co hanc, meum roboris & proſper
buſum, viſitationem jure meruiſ
Domine cum magnâ animi demiſſ
tatis meæ pœnas ſubire, & patiente
tionem Domini, quoniam contr
Tu autem benigniſſime Pater, qui
emendatione eorum quos caſtigas
quæſo gratiâ tuâ hanc caſtigation
ut corporis morbus fiat animæ m
ut diligens ſim in corde meo explor
omnem exſecrabilem retegam,
lateat, & hanc amovendo viam ſte
etiam amovendo: animæ quæſo
meæ quæ peccavit contra te, & dei
corpori etiam meo: Reſtituas ga
vocem habitaculo meo, ut vivens
fructus edam pœnitentiæ: ſin alit
videbitur, me quæſo paratum &
præſta: ſinceram mihi iſtam & n

bernaculum diſſolutum fuerit, ædificium ex
ıbeam, domicilium non manu factum æter-
ı Cœlis, idque propter illum, qui hoc mihi
o ſuo ſanguine acquiſivit, nempe Jeſum Chri-

ratiarum actio poſtquam convalueris.

ericors Domine, Deus ſpirituum omnis car-
ıis quem penes tempus meum eſt, te laudo
gnifico, quòd ex amore animæ meæ me à
corruptionis liberaſti,& mihi ſanitatem red-
; tu ſolus Domine, tu ſolus vitam meam à
ctione conſervaſti, tu me caſtigaſti & cor-
, nec tamen morti dediſti: Da ut vita hæc
ımà ex miſericordià pepercisti, tibi integra
ur: En Domine miſericordia tua ſanus fa-
um, fac me ſolicitum ut non ampliùs pec-
ıè mihi quid pejus accidat. Ne quæſo per-
; Domine, ut hac procraſtinatione mortis
s factus, differre Dominum adventum ſuum
m, ſed da quæſo Domine ut debitum in me
ım ſortiatur longanimitas tua, ut ita quod-
od mihi conceſſeris momentum impendam,
ciam habeam & non pudefiam coram te in
tu tuo; hac Domine mortis appropinqua-
doctus ſentio, quàm tremenda res eſt impa-
à morte opprimi, da quæſo ut hoc memori
r animo infixo, vigilans expectem adventum
ıi mei: cúmque ſe mihi ingerent voluptates
i ut me alliciant,da quæſo ut cogitem quam a-
futuræ ſint in die noviſſimo: Exaudi me Domine
agnâ cum miſericordia,mihi tempus protrahi
vo-

ÆTerne & Immortalis Deus, q
minem ſpiritum vitæ inſpiraſt
tum iſtum aufers, moritur & in pe
tur: me miſeram creaturam charit
intuere, qui jam mortis porta
quodque infinitè magis tremenda
tuum: Cor meum Domine me co
tem infinitò potentior corde meo &
horrorem mihi quæ ſcio & memori
incutiunt, ſunt præterea multitud
mittens non adverti, aut quorum p
oblitus ſum, quæ omnia tibi ſunt p
ponis iniquitates meas coram te,
peccata in lumine vultûs tui; in qua
excreverunt peccata per tot annoru
menta commiſſa? Quamdiu ſtabit
in judicio tuo, & tantus peccator

morque invadunt, & horrore ingenti concutior: caro mea propter te contremiſcit, & cor meum intra me deficit: At Domine abyſſus abyſſum inclamat, abyſſus miſeræ meæ abyſſum miſericordiæ tuæ; me ſalvum fac nunc Domine, aut in æternum pereo. O tu qui neminem vis perire, ſed omnes reſipiſcere & ſalvari; in me quæſo quanquam tam ſerò, eam pœnitentiam producas, quam tu qui corda exploras accepturus es. Crea in me Deus cor mundum, & renova intra me ſpiritum rectum: Unus Dies Domine tecum eſt tanquam mille anni, operetur in me quæſo ſpiritus tuus fortis in hoc die meo noviſſimo quicquid deeſſe mihi ſenſeris, ut fiam miſericordiæ tuæ & acceptationi idoneus: largire mihi perfectam & integram peccatorum meorum deteſtationem, & da quæſo ut offeram tibi ſacrificium fracti & contriti cordis, quod pollicitus es te non eſſe contempturum; ut capax fiam propitiationis iſtius, quam dilectus tuus filius præſtantiora ſuiipſius oblatione pro omnibus peccatoribus pœnitentibus præſtitit: ille pro noſtris peccatis propitiatio eſt, ille vulneratus eſt propter tranſgreſſiones noſtras, & contritus propter iniquitates noſtras, caſtigatio pacis noſtræ ei imponebatur: fiat tumice ejus curatio mea, & obruat ſanguinis ejus vox vocem peccatorum meorum: ſum equidem filius iræ, at ille filius amoris tui: parce mihi Domine, propter illum parce mihi creaturæ tuæ, quem redemit pretioſo ſuo ſanguine, & nè in perpetuum iraſcaris mihi: ad vulnera ejus Domine tanquam aſylum confugio, ne me perſequatur vindicta tua uſque in hanc urbem aſyli: in illum ſperat anima mea, ne peream quæſo cum Jeſu Servatore meo inter brachia mea: ſed per Agonem ejus & ſanguineum ſudorem, per Crucem & Paſſionem, per quicquid fecit aut paſſus eſt pro nobis

pec-

peccatoribus, libera me Domine: Libera me
pendio peccatorum meorum, irâ ſcilicet t
morte æternâ, in hoc tempore tribulationis,
mortis & in die judicii: exaudi me Domine,
di, nec priorem meam vocationum tuarum
ctionem, ſurditate tuâ & petitionis meæ reje
in hoc extremo meo diſcrimine punito: p
unum tantùm a morte abſum; nè deſcendat
ſol ſuper iram tuam; ſed veniam meam obſign
uſquam hinc migrem nec ampliùs cernar:
nitas tua ipſâ vita præſtantior eſt, hanc ipſam
mutem, lætus deponam hanc mortalem v
Cognoſcis Homine omne deſiderium meum,
latet gemitus meus: mecum agas ſecundun
men tuum, nam dulcis eſt miſericordia tua,
armes ſpiculo mortem, ſublato peccatorum
& tunc quanquam per vallem umbræ mortis
dam, malem non timebo: decumbam Domi
pace da quæſo ut experrectus tuâ præſentiâ
in gloriâ tuâ: Hoc concedas Domine miſer
propter illius merita, qui & Redemptor & M
tor peccatorum eſt, nempe Jeſu Chriſti.

PSALMI.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque
tuâ corripias me.

Non eſt ſanitas in carne meâ à facie iræ tuæ
eſt pax oſſibus meis: à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt
meum: & ſicut onus gravatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Ergo anxietas eſt ſpiritus meus ſuper me: & in me turbatum eſt cor meum.

Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ſuſpicere: multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Et tu Domine Deus meus, miſerator & miſericors; patiens & multæ miſericordiæ & verax.

Revertere ad me Domine & miſereri mei, ego enim deſolatus ſum & afflictus.

Si iniquitates obſervaveris Domine, quis poſſit conſiſtere?

Ne recorderis peccatorum & tranſgreſſionum juventutis meæ: ſed pro miſericordiâ tuâ memor eſto mei ſecundum bonitatem tuam.

Intuere adverſitatem & calamitatem meam: & mihi peccata mea condonato.

Et nè avertas faciem tuam à ſervo tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.

Ex profundo invocavi te Domine, exaudi vocem meam.

Convertere ad me Domine, & libera animam meam; ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Nè recedas à me Domine, calamitas enim inſtat, & nemo eſt qui opituletur.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aquâ tibi.

Apropinqua ad animam meam & eripe me: libera me propter inimicos meos.

Anima mea plena ærumnis, & vita mea ad infernum appropinquat.

Serva me ab ore Leonis: & à cornibus unicornium exaudiens me.

In rupem quæ ſit editior me, deducito me: nam fuiſti receptui mihi, turris robuſta adverſus inimicum.

Quid

Quid dejicis te anima mea, & perſtrepis in me?
Spera in Deo: nam adhuc celebraturus ſum eum & ſalutem omnimodam faciei ejus.
Præſtabit mihi benignitatem ſuam Dominus; in miſericordia tua Domine manet in æternum: ne co temnas igitur opus manuum tuarum.

O *Deus, Deus fortis meus es, tempeſtivè requirat*
Sitiens eſt tui anima mea, areſcit ad te ſpecta caro mea, in terra ſiccâ & feſsâ ſine aquis.
Quemadmodum deſiderat Cervus ad fontes aqu rum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.
Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: qua do veniam & apparebo ante faciem Dei?
Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum
Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.
Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo e requieſcam?
Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſæ me de ducent, & adducent in montem ſanctum tuum, & i tabernacula tua.
Quia melior eſt dies una in atriis tuis, ſuper milli
Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: magis qua habitare in tabernaculis peccatorum.
Defeciſſem niſi crediddiſſem me fruiturum bonitat Jehovæ in terra viventium.
Tu auxilium & redemptor meus, ne differas diu ô Deus meus.

EJACULATIONES.

QUem quæram adjutorem niſi te, Domine, qui ob peccata mea juſtè iraſceris? Aſt Domine Deus ſanctiſſime, Domine fortiſſime, ſancte & ſummè miſericors Salvator, amaris doloribus æternæ mortis nè tradas me.

Tu Domine cognoſcis occulta cordis mei; precibus meis miſericordiæ tuœ aures ne occludas: ſed parce mihi Domine ſanctiſſime, Deus fortiſſime, ſancte & miſericors Salvator, tu æquiſſime, judex æterne, nè patiaris me in extremâ horâ ullis mortis doloribus à te abſcidere.

Pater peccavi in Cœlum & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus; Tu tamen Domine nè exuas viſcera & affectus patris; ſed ut miſeretur, pater liberorum ſuorum, ita miſerere tu mei,

Venit, Domine, Princeps mundi hujus fac ut nihil in me quæſo inveniat; ſed ut ille accuſat, abſolvas tu: me multorum & quidem gravium peccatorum accuſat, quorum etiam manifeſtè me poteſt convincere, nihil afferre poſſum in excuſationem mei reſpondeas pro me Domine Deus meus.

Domine veſtibus immundis induor, & à dextrâ ſtat Satanas, ut mihi reſiſtat: eum quæſo corripere digneris, meque tanquam torrem ex igne eripe: fac tollantur iniquitates meæ, & me induas juſtitiâ Filii tui.

En Domine ad me accedit Diabolus, excandeſcentiæ magnæ plenus, ut qui ſciat ſe exiguum tempus habere; ſerva & tuere me, nè animam meam voret tanquam Leo, eamque diripiat cùm nemo adjutor adſit,

Circumdederunt me dolores mortis, nè me quæſo inveniant pericula inferni; ſed quanquam tribuationem & dolorem inveniam, libera tamen ô Domine animam meam.

Scio Domine nihil immundum poſſe regnum tuum ingredi: ego autem Domine nihil aliud ſum quam pollutio; etiam juſtitiæ meæ ſunt paniculi abjectiſſimi; me quæſo laves & dealbes in ſanguine agni, ut poſſim coram Throno tuo ſtare.

Chare Jeſu qui me caro pretio, tuo nempe ſanguine emiſti; me tibi emptum aſſere, nec eripiat me malitia inferni è manu tuâ.

Beate & ſumme Pontifex, qui ſervare potes perfectè, eos qui per te accedunt ad Deum, me ſerva te obſecro, qui in nihilo ſpem meam colloco, niſi in meritis & interceſſione tua.

Delevi fateor Deus imaginem iſtam quam animæ meæ impreſſiſti: tu tamen fidelis creator miſerere creaturæ tuæ.

O Jeſu, ego meis multis & atrocibus peccatis te iterum crucifixi, tu tamen qui pro perſecutoribus tuis orâſti, intercedas etiam pro me, nec ſinas, Redemptor meus, animam meam (pretium ſanguinis tui) perire.

O Spiritus Gratiæ, ego te meis horrendis impietatibus contumeliâ affeci: Tu tamen beate paraclete, quanquam te ſæpiùs contriſtavi, mihi ſubvenire & opem ferre digneris, & dicas animæ meæ, Ego ſum ſalus tua.

Ad te Domine ſuſpiciunt oculi mei, in te ſpes mea: nè quæſo abjicias animam meam.

In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.

O Beate Domine, qui flagellas quemcunque filium agnoſcis; nè permittas quæſo ut ægrè feram caſtigationem tuam; ſed da ut integrè ſub-

jectus

jectus tibi patri ſpirituum, caſtigationis hujus fructum percipiam, particeps factus ſanctitatis tuæ.

O Tu princeps ſalutis meæ, qui per perpeſſiones conſummatus fuiſti, mihi ſanctificato hos corporis dolores, & animi terrores, quibus me exerceri voluiſti.

Mea Domine peccata ſupplicia æterna meruerunt; da quæſo ut alacris & gratus feram hos dolores: me prout viſum erit tibi, hîc caſtiges, modò cum mundo non condemner.

Intrârunt Domine aquæ uſque ad animam meam moveat ſuper has aquas ſpiritus tuus, eaſque tanquam aquas *Betheſdæ* reddat ſalutares, ut animam meam quocunque morbo laborantem ſanent.

O Chriſte qui multa eaque acerba priùs paſſus, in gloriam tuam ingreſſus es da qnæſo ut ita tecum patiar, ut tecum etiam glorificer.

Chare Jeſu qui te mei gratiâ uſque ad mortem Crucis humiliaſti, tollat mors tua acerbitatem meæ.

Tu devicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna Cœlorum.

Te judicem credo venturum eſſe.

Te ergo quæſo famulo tuo ut ſubvenias, quem pretioſo tuo ſanguine redemiſti.

Eternà me fac cum ſanctis tuis in gloriâ numerari.

Tu es Reſurrectio & vita, qui credit in te etiamſi mortuus fuerit, vivet: Credo Domine, ſuccurre incredulitati meæ.

Caro & cor meum deficit, at Deus robur cordis mei, & portio mea in æternum.

Cupio Domine diſolvi & eſſe cum Chriſto, quod multò melius eſt: In hoc etenim ſuſpiro, expetens domicilio meo, quod è cœlo eſt, ſuperindui.

Cupio exuere hoc meum tabernaculum, digneris me recipere in æterna domicilia.

E carcere educas animam meam, ut gratias agam nomini tuo.

Hic contendo Domine non tantùm cum carne & ſanguine, ſed cum principatibus & poteſtatibus & ſpirituali impietate: me quæſo tranferas ex his tentioriis *Kedar* in cœleſtem *Hyerôſolymam*, ubi Satanas ſub pedibus meis conculcabitur.

Nequeo hîc cultui tuo vel momentum unicum ſine diſtractione vacare; me ad te aſſumas, ut ſtans coram Throno tuo, tibi ſerviam dies noctesque.

Hîc triſtitiâ afficior per varias tentationes, me quæſo in requiem tuam recipias; ubi omnes ab oculis meis lachrymas Deus abſterget; & mors & luctus & ejulatus & dolor non ampliùs exſtabunt.

Hîc exul ago & abſens à Domino, illic me recipias ubi in æternum intuebor faciem tuam, & ſequar agnum quocunque iturus eſt.

Certamen præclarum decertavi, curſum peregi, fidem ſervavi, quod reliquum eſt repoſita eſt mihi juſtitiæ corona.

O Beate Jeſu, qui me dilexiſti, & à peccatis meis ſanguine tuo abluiſti, recipias animam meam.

In manus tuas commendo ſpiritum meum, tu enim me Redemiſti ô Domine Deus veritatis.

Verti Domine Jeſu, veni citò.

PRE-

P R E C E S eorum uſui accommodatæ, qui in ſecreto deflent. PUBLICAS CALAMITATES, *&c.*

PSAL. 74.

Ut quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ? &c.

Pſal. 79. *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt* Jeruſalem *in cumulum lapidum*, &c.

Pſal. 80. *Qui regis* Iſrael, *intende: qui deducis velut ovem* Joſeph: *qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare*, &c.

Oratio Tempore publicæ Calamitatis uſurpanda.

DOmine Deus, cujus eſt ultio & retributio, cupio humillimè coram te fateri & nomine meo & totius gentis hujus, quòd calamitates hæ quibus nos per aliquot annos exercuiſti, juſtæ ſunt & mites provocationum iſtarum quibus te plures annos laceſſivimus retributiones, & quòd miſericordiarum tuarum abuſum præſentibus ſuppliciis jure caſtigas. Nos olim Domine præ cæteris terrarum gentibus benedictionibus tuis commulaſti: ſplendebat lucerna tua ſuper capita noſtra. Pax erat intra muros noſtros, & copia intra palatia noſtra, nulla irruptio, nullaque eruptio; denique nulla erat que-

rela in plateis noſtris: Nos autem gratiam tuam in laſciviam convertimus; Pax ſecuritati, copia Intemperantiæ & Luxuriæ miniſtravit, quæq; corda noſtra tibi arctius devinxiſſe debuiſſent, ea à te alienàrunt bona tua. Imo pretioſiores adhuc nobis miſericordias Domine largitus es, tabernaculum tuum apud nos figere, Eccleſiam puram & celeberrimam conſtituere dignatus; verbumque tuum nobis dediſti, ut eſſet lampas pedibus noſtris, & lucerna ſemitis noſtris; nos autem in alium uſum lucem iſtam non adhibuimus, niſi ut nobis ad cubicula mortis euntibus præluceret? præfractè & ſuperbe egimus, & præceptis tuis immorrigeri, & contra lucem rebelles mœſtiorem nobis partem in tenebris extimis acquiſivimus: & jam tandem Domine ſi pro menſura peccatorum noſtrorum inundâſſet indignatio tua, repentino perditionis diluvio abſorpti jamdudum periiſſemus, nec ſuperfuerat hodie qui tuam implorarent miſericordiam. Tu autem Deus miſericors & tardus ad iram, multâ in nos patientiâ & longanimitate uſus es; judicia tua quæ nos ad pœnitentiam expergefacerent præmiſiſti, nobiſq; ſpatium ad pœnitentiam conceſſiſti: hanc autem pluſquàm cæteras omnes miſericordiam pervertimus, ad percutientem nos non converſi ſumus, nec Dominum quæſivimus, ſed averſi ſumus averſione pervicaciſſimà, nemo eſt qui pœnitentiam agit de ſcelere ſuo, aut dicit quid feci: non diffiteor nos virgam timere, (perpeſſionem quamlibet ita perhorreſcimus, ut turpiſſimo hanc peccato effugere conemur) at non eum qui eum accerſat, ſed miſerâ contumaciâ cervices noſtras contra te obduramus, & reverti nolumus. Quodnam igitur in *Gileade* opobalſamum eſt quod nobis mederi poteſt, nobis qui te mederi volente, à ſanitate averſi ſumus? Scimus, te pronuntiaſſe nullam eſſe pacem

malis,

malis, quid igitur pacem petimus mala noſtra retinentes? Hic, hic Domine morbus periculoſiſſimus, medicinas nobis præbeas quibus curentur animæ noſtræ, & facile terram noſtram curabis: diu Domine aures noſtras verbò tuo, ſenſus omnes noſtros judiciis tuis allocutus es; at niſi etiam corda noſtra ſpiritu tuo alloquaris, inefficaces erunt reliquæ vocationes: Emittas vocem hanc eámque potentem vocem, quæ nos è Lethargii noſtrâ excitet: Tu qui *Lazarum* ex ſepulchro evocâſti, nos mortuos, & tranſgreſſionibus & iniquitatibus ſepultos, putrefactos vocare digneris, & efficias ut ad juſtitiam expergiſcamur: & quanquam crebris hujuſmodi etiam internis vocationibus reſiſtendo meruerimus ut nos traderes in mentem omnis judicii expertem, ut libidines cordum noſtrorum ſectaremur; Tu tamen immenſe miſericordiarum Oceane qui non tantùm ultra quod mereri ſed etiam optare poſſimus, benignus es, influxum gratiæ tuæ ne cohibeas, nec ſpiritum tuum nobis ſubducas. Inventus es ab iis qui te non quæſiverunt; repetatur hic actus miſericordiæ in nos tam letali morbo & tamen tam ſtupido laborantes, ut nec medicum quærere valeamus:& quo periculoſius ægroti ſumus, eò nobis efficaciora remedia adhibeto; in quem finem ea nobis temporalia diſpenſato quæ ſpirituali profectui noſtro inſervire cenſebis; ſi nequit interna miſeria noſtra Domine niſi intenſiori gradu externæ curari, virgam ne quæſo abſtineto, ſed acerbiùs adhuc nos affligas; ejicias dæmonem hunc, multa licet cum ſpuma & nos diſcerpens exeat; at ſi factâ nobis miſericordiâ aliquâ faciliùs inflecti poſſe ducis, fragilitati noſtræ conſulens, hanc nobis largire, nos ad teipſum ſive acutioribus ſive mitioribus remediis reducas. Quo effecto, ſcimus Domine, non eſſe breviorem manum tuam,

quàm ut redimat; nos poſtquam à peccatis liberâſti, à miſeriis noſtris liberare vales & certò liberabis: Oſtendas quæſumus te miſericordiam tuam, & concedas nobis ſalutem tuam, ut cùm corpore tum ſpiritu redempti, te utroque glorificemus alacri obedientiâ, & laudemus Nomen Dei, qui miraculoſè nobiſcum egit, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Oratio pro hâc Eccleſiâ.

O magne Retributionum Deus, qui terram fœcundam in ſterilitatem propter peccata incolarum convertis, fatalem hanc ſententiam in Eccleſiam hanc juſtiſſimè exſecutus es: quæ fuit olim perfectio pulchritudinis & gaudium totius terræ, facta eſt omnibus circumcirca irriſioni & contemptui: Quid potuit fieri Domine Vineæ tuæ quod non feciſti? quandoquidem igitur labruſcas edidit, meritò ſepem ejus amoves, ut ſit depaſtioni. Quanquam autem contra nos teſtentur iniquitates noſtræ, tu tamen hoc ne facias propter Nomen tuum, quanquam averſiones noſtræ multæ ſint & contra te peccaverimus: O ſpes *Iſraelis*, ſervator ejus tempore anguſtiæ, quare tu es ut peregrinus in hâc terrà, & tanquam viator qui divertit ad pernoctandum? Quare tu es ut vir fatiſcens, tanquam robuſtus non valens ſervare? Atqui tu in medio noſtri Jehovah, & de nomine tuo vocamur, nè relinquas nos: Temporale quodcunque bonum prout videbitur auferas, ſubtrahendo ... miniſtrant, miſericordiam nobis præſta;

at emendationis noſtræ media ne auferas, nec enim ſe atrociùs exſerere poteſt indignatio tua: Et quanquam lucem odio habuimus, eò quòd opera noſtra mala ſint, nè tamen hâc ſublata fatalem nobis neceſſitatem inducas in tenebris ambulandi, ſed fac ut nobis præluceat, donec pedes noſtros in ſemitas pacis dirigat. Surge Domine, excita robur tuum, & adſis adjutor, nec tradas vitam turturis tui (*Eccleſiæ hujus deſolatæ*) catervæ inimicorum, ſed eam adjuva Domine, idque ab appetente matutino: ſin autem eò uſque te exacerbârunt Rebelliones noſtræ, *ut Arcam errare velis in deſerto, donec generatio hæc obmurmurans abſumatur*, ne pereat iſta nobiſcum, ſed eam tandem ad *Canaan* adducas, *& videant innocentiores poſteri quod nobis denegas*; nec interim deflere deſinamus deſolationem quam peccata noſtra effecerunt, aut in animo *Sionis* habere, & pulvere obſitam deflere: nec nos aut pudor aut metus impediat, quò minùs eam etiam afflictione & ſæviſſimâ perſecutione agitatam agnoſcamus; ſed opprobrium Chriſti majores divitias quàm Theſauros *Ægypti* ducamus: & tantà cum conſtantiâ matri noſtræ afflictæ adhæreamus, ut illius beatus Dominus & caput nos cum miſericordiâ agnoſcat, cum veniet in gloriâ tuâ, Patris ſui, cum ſanctis Angelis. Hoc concedas miſericors Domine, propter eun-

Oratio pro pace Eccleſiæ.

DOmine Jeſu Chriſte, qui omnipotentiâ tuâ omnes creaturas viſibiles & inviſibiles condidiſti, qui divinâ tuâ providentia omnia regis & pulcherrimo ordine diſponis, qui ineffabili bonitate tuâ omnia conſervas, tueris, & adjuvas, qui ex immensâ miſericordiâ tuâ fatiſcentes & deficientes animos refocillas, collapſos erigis, & mortuos excitas: digneris quæſo in ſponſam tuam dilectam, Eccleſiam diſpicere, at eo cum vultu quo omnia pacata reddis in Cœlo & terrâ, quæque ſupra Cœlum aut infra terram ſunt: iis nos oculis intuere, teneris ſcil. & benignis, quibus olim intuebaris *Petrum*, cùm pœnitentiam egit ab iis admonitus; quibus olim multitudinem diſperſam, commiſeratione motus quòd paſſim tanquam oves ſine paſtore palarent & vagarentur. Vides quibus ventis, quibus fluctibus, quibus procellis navicula hæc tua agitetur, in qua grex tuus parvus periclitatur; & quid ſupereſt niſi ut ad imum demersâ pereamus? Imputanda eſt fatemur hæc procella ſceleribus noſtris & vitæ impiæ: videmus hoc & fatemur; agnoſcimus & juſtitiam tuam, & deflemus injuſtitiam noſtram: at ad miſericordiam tuam quæ ſuper omnia opera tua eſt, provocamus; ſat pœnarum dedimus tot bellis exhauſti, tot direptionibus depilati, tot æſtibus concuſſi; nec tamen miſeris, & tot malis exhauſtis & deficientibus portus ullibi cernitur, quò confugiamus, ſed atrocior indies videntur nobis ſupplicia imminere: Nos autem Domine ſeveritatem tuam non querimur, ſed miſericordiam agnoſcimus, quoniam graviora adhuc judicia commeriti ſumus: Tu au-

tem benigniſſime Jeſu, nè conſideres te quæſumus, quid meritis noſtris debetur, ſed potiùs quid miſericordiam tuam deceat, ſine quo nec Angeli in Cœlis ſtare poſſint ſecuri, quanto minus nos vaſa ex luto contemptiſſima? Miſerere noſtrî Redemptor, qui facilè placabilis es, non quòd miſericordiâ tuâ digni ſimus, ſed Nomini tuo hoc dato gloriam: nè patiaris ut qui te vel neſciant, vel gloriæ tuæ invideant, de nobis continuò triumphent & dicant, ubi nunc Deus eorum, ubi Redemptor, ubi Salvator, ubi Sponſus eorum, de quo toties gloriati ſunt? in te Domine redundant hæc opprobria, dum bonitatem tuam ex malis noſtris æſtimant homines: Nos derelictos ſentiunt, quos non vident emendatos: Te olim, in navigio dormientem, cùm exorta tempeſtas mortem navigantibus intentavit, paucorum diſcipulorum clamor expergefacit; & verbo tuo omnipotenti increpiti fluctus ſubſiderunt, venti conticuerunt, & repente in tranquillum converſa eſt procella, & aquæ ſurdæ licèt conditoris vocem noverunt: Sævior Domine incruduit jam tempeſtas, quâ non paucorum corpora, ſed innumeræ animæ periclitantur, quæſumus te ut clamore Eccleſiæ tuæ pene demerſæ expergiſcaris: tot millia hominum inclamant, *Domine ſerva nos, perimus*, nec cedit poteſtati aut arte humanæ tempeſtas tuo ſolùm verbò pacanda, Domine Jeſu dicas tantùm tempeſtati, *Sile, obmuteſce, & ſtatim fiet optata tranquillitas*: Tu Domine peperciſſes tot millibus impiorum ſi in *Sodomis* inventi fuiſſint vel decem boni, in Domine multa hominum millia quæ gloriæ nominis tui ſtudent, quæ cum gemitu & ſuſpirio orant ut nitor ſuus tuo Templò reddatur, & adhuc horum precibus flecti nequis, nec veterum & conſuetarum miſericordiarum recordaris. An non *cœleſti tua prudentia* ſtultitiam noſtram in gloriam

tuam convertes? an non mala improborum hominum in bonum Eccleſiæ tuæ convertes? tunc enim ſolet miſericordia tua nobis ſubvenire, cùm res pene ad deſperationem pervenit, cùm nihil humana potentia poteſt, aut ſapientia: Tu confuſa componis, pacis unicus Autor & conſervator; tu vetus Chaos in quo confuſa & informia jacuere diſcordantia rerum ſemina, miro ordine efformâſti; & pugnantes invicem rerum naturas confœderâſti, & indiſſolubili vinculo conjunxiſti: At quanto major hæc confuſio, ubi nulla charitas, nulla fides, nulla amoris vincula, nulla legum aut magiſtratuum reverentia, nullus opinionum conſenſus, ſed veluti in diſcordi choro, diſſonâ quivis voce cantat: Nulla inter cœleſtes Planetas diſcordia, ſuum ſervant locum Elementa, conſtituta quæque ſibi munia obeunt: Patieris autem ſponſam tuam propter quam omnia condita ſunt, perpetuis diſſidiis laniatam perire? Patieris malos ſpiritus diſſidiorum autores impunè dominari? Patieris robuſtum iniquitatis ducem, quem ſemel in fugam vertiſti, in tentoria tua iterum irrumpere, & milites tuos diripere? Tui inter homines verſantis voce perterritus fugit Dæmon: Emitte quæſumus te Domine ſpiritum tuum, qui è pectoribus omnium nomen tuum profitentium expellat malos ſpiritus luxûs, avaritiæ, inanis gloriæ, carnalis libidinis, mali & deſidiæ artifices: *Crea in nobis, O Deus & Rex noſter, cor mundum, ſpiritum rectum in pectoribus noſtris renova: ne ſubducas nobis ſpiritum ſanctum tuum: reſtitue nobis gaudium ſalutis tuæ, & corrobora Sponſam tuam & Paſtores ejus principali tuo Spiritu.* Hoc ſpiritu terreſtria Cœleſtibus conciliaſti; hoc ſpiritu tot gentes, tot linguas, tam diverſos homines in unum corpus Eccleſiæ compegiſti, & corpus

ſi ſpiritum renovare in nobis dignaberis, evaneſcent protinus hæc mala, aut in bonum & commodum cedent te amantium. Tumultum hunc compeſcas, Chaos hoc horrendum in ordinem diſponas Domine Jeſu, extendat ſe ſuper aquas malarum fluxuantium opinionum ſpiritus tuus. Et quoniam ſpiritus tuus, qui ſecundum Prophetam tuum *continet omnia*, loquendi etiam artem inſpirat, fac ut quemadmodum omnium domum tuum habitantium, Lux una, Baptiſmus unus, Deus unus, Spes una, Spiritus unus eſt, ita etiam vox una, miruſque per omnia concentus unam Catholicam veritatem profitentium. Cùm Cœlum triumphans aſcendiſti, res tuas pretioſas ſparſiſti, hominibus dona largitus, & varia ſpiritûs tui prœmia; priſtinam iterum largitatem fac cœlitus experiatur Eccleſia, eo jam ſpiritu donetur deficiens & collapſa, quæ olim tenera & infans: eà tui reverentia principes & magiſtratus imbuas, quâ ita Rempublicam adminiſtrent, tanquam tibi Regi Regum rationem ſtatim redditur ſint; iis ſapientia tua adſit, ut quod fieri decet id animo præcipiant, & factis exſequantur: ſpiritu prophetiæ Epiſcopos donato, ut Sacram Scripturam ad mentem Divinam non ad ſuam exponant & interpretentur: eos triplici iſta charitate, quam à *Petro* exegiſti cùm ei curam ovium tuarum demandaſti, donato. Sacerdotibus indas amorem ſobrietatis & caſtitatis: Populo animum cùm præceptis tuis, tum iis quos ei præfeciſti morigerum: Ita fiet, ut Regibus quod velis jubentibus, Paſtoribus idem docentibus, & populo lætè exſequentibus, Eccleſiæ priſtina ſua dignitas & tranquillitas una cum decoro ordine, & gloriam nominis tui reſtituatur. Tu *Ninevitis*, quos neci addixiſti, pœnitentiam agentibus peperciſti; an contemnes Familiam tuam ad pedes tuos provolutam, gemitibus pro cilicio & la-

chrymis

chrymis pro cinere luctum teſtatam? Remiſſionem ad te convertentibus promiſiſti, at hoc ipſum, ut ad te quis cum toto animo convertatur, donum tuum eſt, ut virtus omnis noſtra ad gloriam tuam redundet: Tu conditor noſter es, opus quod condidiſti reparato: Tu Redemptor noſter, id tuere quod emiſti: Tu Servator noſter, ne eos qui ex te pendent perire ſinas: Tu Domine & poſſeſſor noſtrî, tuos tibi vendicato: Tu caput noſtrum, ſuccurras membris tuis: Tu Rex es, reverentiam tui nobis imprimito: Tu Princeps pacis, nos fraterno amore inſpirato: Tu Deus noſter, miſerere humillimorum ſupplicum tuorum: & juxta dictum *Pauli*, fias omnia omnibus, ut totus Eccleſiæ tuæ chorus uno animo, & ore, propter accepta beneficia tua laudent te Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum qui ad exemplum perfectiſſimæ concordiæ, perſonarum proprietate diſtincti, unus natura ſunt: quibus laus & gloria in æternum. *Amen.*

Oratio pro Regiâ Majeſtate deſumptâ ex Libro Regali.

D*EUS ineffabilis conditor Mundi, Creator hominum, Gubernator Imperiorum, & conſervator Regnorum, qui ex lumbis patris* Abrahami *elegiſti Regem, qui eſſet Servator omnium Regum & Gentium terrarum: Benedicas quæſumus te benedictionum tuarum præſtantiſſimis fideli famulæ tuæ, Regi & gubernatrici noſtræ clementiſſimæ* Annæ: *Eam in Throno Regni ſui potenti auxilio & tutamine ſtabilias; Viſita eam prout viſitabas* Moſem *in Rubo;* Joſhuam *in prælio;* Gideonem *in campo; &* Samuelem *in Templo; Ros miſericordiarum tuarum affatim in caput ejus deſcendat: Ei largire benedictionem* Davidis *&* Solomonis. *Sis ei galea ſalutis contra faciem inimicorum ſuorum; & munito eum propugnaculo in tempore anguſtiæ; proſpera ei omnia concedere digneris & vitam longævam: Floreant illa regnante, Pax & Charitas, Sanctitas & Juſtitia & Veritas, & omnes virtutes Chriſtianæ; ſerviat ei populus ſuus fideliter eamque honoret; ea autem ita gloriæ tuæ & honori ſtudeat hic in terris, ut tecum regnet in æternùm in Cœlis, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen.

F I N I S.

[illegible]